ALETHINI PHILARETÆ

EPISTOLARUM

DE

VEN. JOHANNIS PALAFOXII

ANGELOPOLITANI PRIMUM,

TUM

OXOMENSIS EPISCOPI

ORTHODOXIA

TOMUS TERTIUS.

AN. MDCCLXXIII.

ALETHINUS PHILARETES

HOSII CYRIACI CANONICI OXOMENSIS

ALUMNUS

PSEUDO-ISIDORO neglectæ *reformationis* reo,

SANITATEM MENTIS.

I. Vidimus de operibus, quæ, etsi ab Jansenianis scripta, & damnata, Palafoxio tamen fuisse probata, mentiebare. Nunc illud est diligenter disquirendum nobis, quos tu demum *sectatores factionis pravæ* commemores, quorum fuerit ab eo Præsule suscepta defensio? Gondrinius, *inquis*, Episcopus Senonensis. *Archiepiscopum* saltem dixisses. Verum vestra sic est ratio, ut de gradu etiam, quem occuparint, dejectos velitis eos, quos semel oderitis. Age, fabulam de Gondrinio persequere. Is, *inquis* (1), uti constat, stipendio vigintiquinque mil-

Gondrinium Archiepiscopũ Senonensem a Palafoxio doctum, ac nobilem appellatũ Accusator carpit, ac si ille pecunia corruptus defensionem susceperit Bajanæ, Jansenianæque factionis, inque Jesuitas, & Capuccinos sævierit, quod hi erroribus ejus adversarentur.

(1) Pseudo-Isidorus §. XI. „ Se a sì alto segno, *inquit*, „ il nostro Vescovo amava, e avea care le condannate „ opere de'Giansenisti, già più non dee recare stupore, „ ch'egli proteggesse, e vendicasse da qualunque immaginario

millium Librarum Gallicarum conductus fuit, ut Bajanam, Jansenianamque caussam tueretur. Jesuitas, & Capuccinos sacrorum communione prohibuit, propterea quod, uti perinde constat, erroribus sese opponerent, quos ille disseminare studebat. Quare in Epistola ille Pastorali, quam anno 1650. die Dominico Septuagesimæ, publicavit, Capuccinos alloquens: *Vestra virtus est hypocrisis* dixit; *vos tractatis Ecclesiam tamquam Synagogam Satanæ*. Princeps, ut etiam constat, fuit undecim illorum Episcoporum, qui communes Litteras ad Innocentium X. ann. 1651. scripserant, ut

„ nario affronto i seguaci della rea fazione. Costa, che
„ il Gondrin Vescovo di Sens nella Francia fosse provvi-
„ sionato di 25000. lire perchè favoreggiava la causa di
„ Bajo, e di Giansenio. Costa, che solennemente sco-
„ municasse i Gesuiti, e i Cappuccini, perchè si opponevano agli errori, che tentava di disseminare tra il suo
„ popolo; e in una sua pastorale, che pubblicò nella Do-
„ menica di Settuagesima del 1652. disse de' Cappuccini
„ queste parole: *Vestra virtus est hypocrisis*. *Vos tractatis*
„ *Ecclesiam tamquam Synagogam Satanæ*. Costa, che fosse
„ Caporione di quegli undici Vescovi Franzesi, che a 10.
„ Luglio 1651. scrissero comuni lettere a Papa Inno-
„ cenzio, perchè si riguardasse a fare condanna delle cin-
„ que proposizioni. Costa in fine, ch' egli scriveva all'
„ Arcivescovo di Tolosa, perchè non accettasse la Bolla,
„ in cui le suddette cinque proposizioni erano state ful-
„ minate. Di questo Refrattario Vescovo stampò elogi il
„ nostro Venerabil Prelato. Chiamollo dottissimo, e nobi-
„ bilissimo: e al Re Filippo il dipinge qual Martire da'
„ Gesuiti tiranneggiato.

ut eum a damnandis quinque propositionibus deterrerent. Postremo, ut item constat, Epistolam ad Archiepiscopum Tolosanum dedit, de non admittenda Constitutione, qua propositiones illæ quinque damnatæ fuerant. His de Gondrinio animadversis, mox adjunxisti. *De hoc Episcopo refractario elogia Venerabilis noster Antistes edidit; ipsumque appellavit doctissimum, & nobilissimum; pinxitque, ad Regem Philippum scribens, uti martyrem, tyrannidem passum ab Jesuitis.*

Quam ineptæ sint Accusatoris criminationes, de Gondrinio appellato doctissimo, & nobilissimo a Palafoxio. Calumnia de pecunia ab Jansenianis Gondrinio decreta, repellitur.

II. Hæc est, pestis, in Gondrinium tuarum criminationum summa. Sed cave ne te mox ipsarum pœniteat. Quid tu, lutum, e nobilissima gente Montespania Gondrinium fuisse neges? Quod si non negas (quî enim neges, quin monumentis & maximo numero, & sane illustribus obruare?) Si negas, inquam, quid est, quod crimini Palafoxio dare audeas, quod eum nobilissimum appellarit? An tanta vos auctoritate valere, putas, ut qui vobis placeant, nobiles sint; cadant vero nobilitate, qui vobis contra non placeant? Doctissimum autem cur non diceret noster Gondrinium, cujus scripta indices illius eruditionis, & doctrinæ erant? De *Martyre*, quod addis, calumniæ ple-

 num

num est. Restitisse Jesuitas Gondrinio Palafoxius scribit (quamobrem mox videro) ; Martyrem autem fuisse Gondrinium, non item scribit. Sunt enim hæc illius verba omnia, quæ ad Gondrinium pertinent, iis locis comprehensa, quæ tute indicas. *Al Arzobispo Sononense en Francia*: „ Archiepiscopo Senonensi in Gallia (1) „. Et, *otro doctissimo y nobilissimo resistido en Sens de Francia*: „ alius *doctissimus, & in primis nobilis oppugnatus apud Senonas in Gallia* (2). De vigintiquinque millibus librarum, quas ei decretas ab Jansenianis mentire, cujusmodi, quæso, est? Tam ne bene nummatos fuisse Jansenianos arbitrare, ut tantam vim pecuniæ constituerent annuam singulis eorum, qui patrocinium ipsorum susciperent, quantam vel ipsi Reges aut nullo modo, aut vix bene de Regno meritis assignare possint? Paraquaria, credo, potiti tunc fuerant, Janseniani, aut Quitensi fundo, aut fodinis Mexicanis, aut trapezitas agebant in America, in Hispaniis, in Britannia, in Galliis, in Batavia, in Germania, ubivis denique gen-

(1) *Satisfaccion al Memorial de los Religiosos de la Compañia n.* 499. *pag.*504. *Tom.XI. Opp.*
(2) *Ibid. n.*373. *pag.* 436.

gentium, aut navibus magnis mercaturam faciebant, unde corrogare tantum possent pecuniarum, quod suis patronis largirentur stipendii nomine. Næ illi tantumdem Gondrinio si decrevissent, anno post, caput sinistra perfricantes manu, commurmurati essent; patronum se quidem esse nactos, sed argentum decoctum. At fit hujusce rei in Tractatu Burgofontaniano distincta mentio. Tamen ne audes, nebulo, commentitium Tractatum illum commemorare a tui similibus conflatum calumnia, totiesque convictum doli, fraudis, mendaciorum, uti jam vos pudere vestri debeat, si modo istæ frontes affici aliquando pudore possint? Quidni tu publica, eademque præclara de virtute Gondrinii monumenta consuluisti, ex quibus & famæ viri Illustrissimi parcere didicisses, & prospicere conscientiæ, ac existimationi tuæ? Audi, miser, audi, inquam, quid Clerus Gallicanus de Gondrinio Epistola Encyclica sua anno 1653. complexus fuerit, hoc est anno post, quam de eodem Palafoxius ad Regem scripserat. *Tenemur*, inquit, *laudare zelum* Archiepiscopi Senonensis (1). *Dimisit*, *in-*

(1) Act. Tom. III. pag. 901. sq. „S' il n'eût touché que „ la personne de M. l'Archevêque de Sens, il auroit dissimulé

injurias inlatas sibi ratione plane Christiana (1) : idque jam fecit, *ut bonus Pater &c.* Eum ne quem *Patrem bonum* appellat, quem laudat, ut *patientem injuriarum*, quem *zeli* domus Dei caussa commendat Clerus Gallicanus, tu vocare refractarium non verere? Ei ne id laudis tribuissent Episcopi Galliarum, Jansenianæ doctrinæ acerrimi oppugnatores, quem summo dedecore & gentis, & dignitatis suæ, maximo anima-

„ mulé, COMME UN BON PERE QUI SOUFFRE „ LES EMPORTEMENS DE SES ENFANS POUR „ LES RAMENER A' LEUR DEVOIR par le dou- „ ceur, & qui aime mieux écouter cet Avocat secret qu' „ il a dans le coeur, lequel demanda pardon pour eux, „ que les loix Ecclésiastiques qui demandent la punition „ des injures faites à ceux qui sont les Vrais Oints du Sei- „ gneur, lesquels ne doivent point être touchez impu- „ némènt : Mais quand il a vû que l'outrage n'alloit pas „ tant à sa personne, qu'à L'AUTORITE' EPISCO- „ PALE, AU RENVERSEMENT DE LA DISCI- „ PLINE ECCLESIASTIQUE, A' LA PROFANA- „ TION DES SACREMENS, A' LA RUINE DES „ AMES &c. il a crû être obligé de faire sçavoir un si „ grand desordre à ses Confreres ... Il est venu à Paris, „ & dans l'Assemblée qui s'est tenue pour ce sujet, il „ nous a rendu compte de ce qui s'estoit passé en son „ affaire qui nous a paru telle que nous avons crû y de- „ voir prendre part &c. être obligez de LOUER LE ZE- „ LE QU' IL A FAIT PAROITRE EN L'OBSER- „ VATION DES REGLEMENS DU CLERGE' „.

(1) Ibid. pag. 908. „Monsieur l'Archevêque de Sens se re- „ lâcha le premier de son droit, & REMIT SES IN- „ JURES PARTICULIERES D'UNE FACON TRES „ CHRETIENNE &c.

marum damno, ductum pecuniæ cupiditate, contra Constitutiones Pii V. Gregorii XIII. Urbani VIII. Pontificum, caussam Bajanorum, & Jansenianorum tueri *constitisset*? Quod si id anno 1653. Gallicanis de Gallicano Episcopo non constabat; qua ratione ann. 1652. Hispano Palafoxio constitisset? *Constitisse* ne, dices, fabulæ *Burgofontanianæ* Auctori, quod vigilantissimos Episcopos Galliarum latuerit? Quis credat? Verum esto, ei auctori *constiterit*; sed qui scire ante potuisset Palafoxius, quod nesciebat Clerus Gallicanus? An postmodum novit, neque tamen revocavit, quod scripserat? Si novit ipse, noverit multo magis Clerus Gallicanus, necesse est. Quid? Is Clerus, revocavit ne, quæ scripserat, post Constitutionem Innocentii X.? Nullo modo. Immo egit post de Gondrinio, ut deinceps ostendam, majore commendatione. Quid? Clerum ne Gallicanum *refractarium*, aut *refractario assentatum*, dices mastigia? Si non audes dicere, cur *refractarium* vocas Gondrinium tot a Clero ipso laudibus celebratum? Sin audes, non mirabor, imitari te exempla tuorum, ut Knotti, ut Floydii, ut aliorum, qui olim eo furoris pertigerant, ut in adeo nobilem, adeo studiosum re-

religionis, adeo præstantem doctrina cœtum contumeliosissime invecti sint. Illud mirabor, objecisse te per calumniam Palafoxio, injurium ipsum fuisse eidem Clero; cum eo tu modo revera te implices crimine. Sed hac de re satis dictum est.

Gondrinio restitisse Jesuitas, & Capuccinos, eamque ob rē interdictum illis ab ipso fuisse sacris.

III. Nunc de Jesuitis, & Capuccinis. Nam hoc erat alterum, quod constare animadverteras. Age vero, egone tam abs te confidenter jactari patiar, fuisse Jesuitis, & Capuccinis a Gondrinio interdictum sacris, propterea quod hi refellerent errores, quos ille in sua Diœcesi disseminare conaretur? Quid enim est, nisi hæc impudens calumnia est? Annon Clerus Gallicanus testis est locuples, Gondrinium ipsum, idcirco in quorumdam Capuccinorum, vestrique offensionem incidisse, quod Statuta Cleri anno 1650. (1) edita de petenda ab Episcopis annun-

(1) Cler. Gallic. in *Epist. Encyclica an.* 1650. *Processſ. Verbal. ejusd. an. pag.* 250. „ Il est certain, *inquiunt Episcopi* „ *Galliarum*, que l'Eglise n'est mere, que parce qu'elle „ engendre les fideles par nostre ministere, & que sa fecondité consiste dans la puissance que nous avons receüe de Jesus Christ; de sorte que ceux qui s'eslevent „ contre nous, luy font immediatement la guerre, & „ doivent être consideré comme des enfans rebelles qui „ meritent l'exheredation, & la privation du partage „ promis aux veritables enfans de Dieu, qui ne peuvent „ être autres que ceux mêmes de l'Eglise. Les JESUI-TES,

nunciandi divini verbi, audiendarumque confessionum facultate, servari vellet ? Scilicet hæc illa est hæresis, cui vos restitistis; cujusque caussa, resistentibus vobis fuit tandem interdictum sacris. Tueri namque Synodi Tridentinæ ea de re decreta, idem est vobis, atque hæresim tueri, ut recte fuit a Palafoxio animadversum (2). Quid si ad illud tempus S. Carolus Borromeus pro-

" TES, n'entrans point dans cette maxime, & se persuadans faussement pouvoir être dans l'Eglise, sans se soûmetre à l'authorité de ceux qui en sont les peres, & qui sont constituez de droit divin pour la regir, depuis cinq mois sont dans la désobeissance formelle aux ordres de Monsieur l'Archévêque de Sens sur le sujet de l'administration du Sacrement de Penitence. Il est porté dans le sixieme article des reglemens faits, ou plutôt renouvellez par l'Assemblée de 1645., qu'aucuns Reguliers, quelque exemption qu'ils puissent alleguer, ne soient si temeraires d'administrer le Sacrement de Penitence, sans en avoir la permission par escrit de l'Eveſque Diocesain &c. Monsieur l'Archeveque de Sens VOULANT OBSERVER RELIGIEUSEMENT CE REGLEMENT, COMME IL N'AVOIT EXAMINE', NI APPROUVE' LES JESUITES DU COLLEGE DE SENS.. ordonne à un de ses Vicaires generaux de faire Sçavoir à tous les Reguliers... & de faire connoître nommement aux Jesuites sa volonté sur ce sujet par la raison generale, mais particulierement à cause qu'ils n'avoient receu de luy aucune approbation, ni jurisdiction, de quoy ne se mettans PAS FORT EN PEINE, ILS NE LAISSERENT PAS DE CONTINUER. &c.

(2) Vide locum Vener. Viri a me descriptum *Tom. I. hujus operis*, *pag.* XVI. *sq. Append. I.*

produxiſſet vitam? Ei vos certe perinde, ut hæreſeos defenſori, reſtitiſſetis. Nam cum Clerus Gallicanus vobis ſignificaſſet, eamdem fuiſſe illius Mediolanenſis Archiepiſcopi regendæ ſuæ Diœceſeos rationem, reſpondiſtis, id quod plane conſtat: *ſi inſiſtendum praxi Sancti Caroli eſſet, omnia eſſe privilegia abolenda*. (1) Jam vero ſi ejus praxis cauſſa (nam afferre aliam non poteſtis) hæreſeos reus fuit Gondrinius; multo magis fuiſſet S. Carolus, auctoribus vobis, a quo praxim eamdem Gondrinius accepiſſet? Dixi quorumdam Capuccinorum, propterea quod, non ii fuerunt, neque ii ſint Capuccini, ceterique religioſi Ordines, qui quod male a quoquam, aut ab aliquibus ſuorum actum ſit, probent; eoſque, qui in peccantes animadverterint, dente maledico lacerent, (4) calumniandoque notare infa-

(1) *Procès Verbal* de l' Aſſemblée du *Clergé de l'an.* 1650. *pag.* 238. „ Les Jeſuites leur (*hoc eſt iis*, qui *deſtinati ei* „ *rei a Clero fuerant*) avoient reſpondu, que ſi on ſe „ vouloit tenir aux pratiques de Saint Charles, il fau- „ droit donc abolir tous les Privileges „. Hinc cognitum fuit: „ Que les Jeſuites agiſſoient ſur des maximes bien „ differentes de celles de Meſſeigneurs les Prelats „.

(2) Cler. Gallic. *Epiſt. Encycl. an.* 1750. *ibid. pag.* 251. „ Les Jeſuites publierent un libelle ſous le titre de *Theo-* „ *time*; par lequel ils pretendoient prouver qu'il eſtoit „ inutile d' avoir approbation par eſcrit &c.. „ Auctor Epi-

infamia conentur. Sola tui, tuorumque similium contraria omnino est ratio, qui ne mortuis quidem parcendum putatis iis, qui vestrum aliquem quamvis perduellem, quamvis animarum pestem nefarie molientem reprimere, repressumque continere in officio curarint. Sed hac de re vos videritis. Quod maximi ad caussam interest, id nunc ego diligenter expendi volo. Ecce tibi testimonium Cleri Gallicani. Quidquam ne expeti potest illustrius? Cognosce quid ferat. Annon intelligis 1. Caussam, quamobrem vos (1), atque nonnulli Capuccini Gondrinio restiterunt, eam unam fuisse, quod is Cleri statuta exequi diligenter constituisset, quibus ann. 1645. & 1650. ad normam Decretorum Ecclesiæ cautum fuerat, ut nisi impetrata ab Episcopo loci venia, Sacerdotum Regularium nemini audiendarum confessionum, prædicandique Divini verbi facul-

Epistolæ gallice inscriptæ: „*Lettre d' un Ecclésiastique de* „ *Provins à un de ses Amis de Paris sur l' ordonnance de* „ *Monseigneur l' Archévêque de Sens*, *an.*1668. *le* 27.*Janvier. pag.*3. „ Les Jesuites, *inquit*. publierent contre luy un „ libelle intitulé, *Theotime ou Dialogue instructif sur l'affai-* „ *re presente des Peres Jesuites de Sens*, qui fut declaré „ par les Evêques de la Province de Sens assemblez à „ Paris en.1650. INJURIEUX, SCANDALEUX, ET „ PLEIN DE FAUSSETEZ &c.„

(1) *Vide not.*2.*pag.*7.*sq.hujus Vol.*ex Tom.III.des Actes du Clergé *pag.*952. *sqq.*

cultas esset (1)? 2. Eo usque vos progredi fuisse ausos, ut quamvis negatam vobis ab Antistite eam facultatem sciretis, careretisque propterea jurisdictione (2), nihi-

(2) Cler.Gallic. *Epist.Encycl. an.* 1650. *pag.*251. Actum ab Archiepiscopo Senonensi, *inquit* „ Conformement aux „ Saints Decrets, aux Constitutions de l'Eglise, & specialement au cinquieme article des susdits Reglemens „ (du Clergé de l'an.1645.)„ & Epist. Encyclica an.1653. *d.* 5. *April. Tom.III. Act. Cler.Gallic. pag.*902. *Edit. Paris. an.*1716. „ Monseigneur l'Archévèque de Sens aiant voulu faire mettre en pratique le Reglement de l'Assemblée derniere tenuë l' an. 1650. sur les permissions & les approbations limitées pour confesser, & pour annoncer la parole de Dieu, ce qui non seulement est conforme au Droit, mais ce qui est universellement usité dans toute l'Italie, & dans l'Espagne, & ce que l'experience fait voir ètre absolument necessaire pour le salut des ames &c.

(3) *Epist. Encycl.* an.1650. *Procesf. Verbal. pag.*251. Edit. Paris. ejusd. „ L'approbation, disent ils (*les Jesuites*), n' „ estant qu'un simple tesmoignage de la capacité de celuy lequel est approuvé; ne peut être desnié aux Reguliers, parce qu'ils pretendent que ce n'est pas une grace, mais une chose deuë à la suffisance de ceux qui la demandent, ET AINSI QUE LE PEUPLE NE SE DEVOIT POINT EFFRAYER DES CHOSES DONT IL ESTOIT MENACE', NI SE SOUCIER DE CE QUE MONDIT SIEVR L' ARCHEVE'QUE AVOIT FAIT PUBLIER DANS TOUTES LES EGLISES DE SENS DES DEFENSES DE SE CONFESSER AUX DITS JESUITES, DECLARANT NULLES LES CONFESSIONS QUI SE FEROIENT A' EUX. Et pour tesmoigner encor plus particulierement qu' ils estimoient que cette approbation „ n' estoit qu'une pure ceremonie &c. un devoir exterieur, ils

nihilo secius ad tribunal accedere, palamque absolvere non dubitaveritis, quos re ipsa non absolvebatis? 3. Admonitos ab Archiepiscopo, cum graviter, acerbeque tulissetis admonitionem, ad laica dicasteria vos (1) provocasse, oblatoque libello suppli-

„ ils envoyerent à mondit sieur l'Archevesque dans son Hô- „ tel à Paris un des leurs, faisant au nom de tous ceux qui „ étoient absens, pour luy demander, avec deux Notaires „ ladite approbation, COMME SI ON POUVOIT ETRE EXAMINE' PAR PROCUREUR. Mondit Sieur l'Archevesque „ DONT LE ZELE POUR L'EGLISE ET LA CHARITE' ONT EGALEMENT PARU DANS cette „ occasion, voyant un PROCEDE' SI ELOIGNE' „ DE L'ESPIRT ECCLESIASTIQUE, FIT FAIRE „ DANS SON DIOCESE DES PRIERES PUBLIQUES, AFIN DE DEMANDER A DIEU POUR „ EUX LES LUMIERES ET LA DOCILITE' NECESSAIRE A' DES PRETRES &c. „ Confer etiam Epistolam Encyclicam *ann.* 1653. *Tom. III. supra indicato Actor. Cleri Gallicani loco*, *pagin.* 902, *sqq.* Adisis etiam *Adnotationem* pag. 7. sq.. *hujus Vol.* Archiepiscopus sequutus Decreta Ecclesiæ, ab se facultatem peti volebat audiendarum confessionum. Jesuitæ resistebant Archiepiscopo, cui Clerus Gallicanus suffragio erat. Nihilosecius Accusator erroribus Archiepiscopi Jesuitas restitisse scribit. Scilicet hoc vult Nebulo, erroribus illigari Antistites Ecclesiarum, qui sic cum Jesuitis agant, ut Ecclesiæ Decreta postulant.

(1) *Cler. Gallic. Epist. Encycl. an.* 1650. *Processʃ. Verbal. pag.* 251. „ *Les Jesuites* ne laisserent pas DE CONTI- „ NUER (*de Confesser*) & afin de donner devant le „ peuple quelque couleur à leur desobeissance, & faire, „ qu'il estoyent bien fondez à S'INGERER EN L'AD- „ MINISTRATION DES SACREMENS, non obstant

plici petiisse, ut jussu Majestatis Suæ, rescinderetur ab eodem Archiepiscopo ea, quam dederat ann. 1652. die 14. Martii mensis, præceptio (1)? 4. Horrori cuique futurum, (2) qui consideret, conculcatam ab iis fuisse Apostolicæ Sedis auctoritatem, cui se ipsi devinctos maxime profiterentur; cum non ad eam appellandum putarint, si præceptione Antistitis sui injuria sese premi existimabant; sed, nulla censurarum habita ratione, ad Consilium Regis confugerint postulatum, ut ejus voluntate liceret ipsis & administrare Sacramen-

„ stant les defenses de leur Prelat, & la Sentence en „ escrit, juridiquement renduë contre eux par son official, allerent faire SERMENT DEVANT LE JUGE SECULIER; QU'ILS AVOIENT ETE' APPROUVEZ VERBALEMENTE PAR MONDIT SIEUR l'ARCHEVESQUE „.

(1) Hoc ausos fuisse eos, pro quibus Accusator agit, quasi restiterint erroribus Archiepiscopi constat ex *Epist. Encycl. Cleri Gallic. an.1653. pag. 902. sq.*

(2) Ibid. pag. 903. „ Nous ne doutons pas, Monsieur, „ que la conclusion de cette requète ne vous fasse FREMIR d'HORREUR, quand vous viendrez à considerer que des [*Religieux*] qui font une profession particuliere de dependre de l'autorité du Saint Siege, la foulent aux pieds d'une façon si indigne, & qu'au lieu S'y adresser par appel, s'il pensoient ètre gravez par les ordonances de leur Evèque, ils ont recours à l'autorité du Conseil du Roi, dont ils surprennent la religion, & lui demandent la permission d'administrer le Sacrement de penitence, & de prècher le parole de Dieu „.

mentum pœnitentiæ, & prædicare Divinum verbum? 5. Prodidisse eos caussam, quæ præter spiritale, nihil haberet (1): sustulisse e Beati Petri, ejusque successorum manibus claves, easque in manus Principis transferre conatos esse, ejus, inquam, Principis, qui clavibus iisdem submitti, sibi gloriæ duceret: petiisse ab Rege explendi sacri Ministerii, solvendorumque peccatorum permissionem? Hæc cum ita sint, quos tu errores, quæ opinionum portenta comminiscere, quæ Gondrinius disseminarit; utque dissemi nare libere deinceps posset, in Capuccinos aliquot, & Jesuitas errorum eorumdem oppugnatores virus effuderit odii, & crudelitatis suæ? Oppugnatores ne Cleri, Synodi Tridentinæ, Sedis

 Apo-

[1] Ibid. pag.904. „ Où est la crainte des censures contre ceux les quels pour des choses purement spirituelles, „ ont recours aux juges seculiers? .. Arracher les clefs „ des mains de S. Pierre, & de ses successeurs, & les vouloir „ metre en celles du Prince, qui fait gloire de s'y soumettre „ comme Chrêtien: demander à celui qui attend avec ses sujets le jugement de Jesus Christ, comme disoit Constantin, la cassation des ordonnances d'un Archevêque, lesquelles regardent l'administration des Sacremens, & la „ predication de l'Evangile: vouloir tenir du Roi la permission d'absoudre les pécheurs, & de faire l'office de „ Jesus Christ, n'est ce pas un excez? &c.„. Hæc Clerus adversus Capuccinos quosdam, qui se Jesuitis Socios adversus Archiepiscopum junxerant.

Apostolicæ Decretorum; raptores clavium Ecclesiæ; violatores, sacrilegos, proditores, profanatores sacrorum in oppugnatoribus errorum numerare audes, quasi ipsis Cleri, Tridentinæ Synodi, Sedis Apostolicæ Decretis errores contineantur? Nimirum vestra sic est ratio. Quare merito Palafoxius, in Litteris, quas ad Radam Jesuitam dedit, cum graviter questus esset, fœdius a tuis, quam ab hæreticis umquam ludibrio fuisse habitam Episcopi Dignitatem; seque hæreticum propterea appellatum, quod Synodi Tridentinæ Decreta sancte custodienda judicaret (1); tum „ An „ hæresis in me, *inquit*, erit Concilium „ Tridentinum defendere; illud vero oppu-

(1) Hinc facile intelliges quo sensu dictum a nobis fuerit, in priore Volumine nostro, conatos *olim* fuisse Adversarios, hæresos invidiam Palafoxio conflare. *Hæreseos* enim diximus, non *hæreseos Jansenianæ*. Atqui, ut ex hoc Palafoxii loco manifestum est, hæresis quidem calumnia instructa ipsi ab Jesuitis tunc fuerat, at non tamen Jansenianæ, sed alterius generis. Et acutuli nihilominus obtrectatores nostri *antilogias* se in priore nostro Volumine deprehendisse scribunt, quasi Jansenismi olim accusatum, & Jansenismi olim non accusatum ab Jesuitis dixerimus Palafoxium. Qua ex re indicio est, nihil eos habere grave, quod nobis opponant, adeoque ad hæc tam inepta confugere, ut τὸ *Jansenianæ* adjungentes de suo, antilogias venentur, ubi nihil pugnans sit, sed omnia apte cohæreant. Verum hac de re alibi copiosius disseram.

„ pugnare , erit in Paternitatibus Veſtris
„ perfectio? Hæreſis ne in me erit vera-
„ re, ne ſine juriſdictione confeſſiones au-
„ diatis ; contra , in Paternitatibus Ve-
„ ſtris erit perfectio confeſſiones ſine illa
„ (*juriſdictione*) invalide audire? Error
„ in me proſpicere ovibus meæ fidei cre-
„ ditis ; virtus autem in vobis, extremæ
„ illas ruinæ exponere (1) „ ? Quid? Cauſ-
ſam ne Palafoxianam eodem atque Gon-
drinianam revolvi inficiabere? (2) Annon
proſpicis, id ſi fueris auſus, fore, ut non
modo Cleri Gallicani Gondrinium laudan-
tis, vos accuſantis, atque damnantis graviſ-
ſima, juſtiſſimaque ſententia; verum etiam
innumeris prope monumentis, tabulis, te-
ſtibus obruare?

De Litteris a Gondrinio datis ad Innoc. X. nihil Palafoxius noverat; noverat autē, quæ ſcripta de eo Antiſtite magnifice a Clero Gallica-

IV. Atenim Gondrinius undecim il-
lorum Epiſcoporum Dux fuit, qui 10. Ju-
lii anno 1651. ad Innocentium X. Litteras
miſerunt, quibus eum a damnandis quin-
que propoſitionibus deterrerent. „ Coſta,
„ *inquis*, che foſſe caporione di quegli

 un-

(1) *Defenſ. Canon. n. 674. pag. 399. Tom. XII.*
[2] Confer Caroli de Hanniques de Benjamin Vicarii Senonenſis litteras typis editas, publicataſque an. 1650. quibus quidem publicis litteris, quæ ab Jeſuitis Senonenſibus inſolentur in Epiſcopalem auctoritatem, contumaciterque geſta fuerint, deſcribuntur.

no fuerant an. 1645. & 1650. Falso Gondrinii ipsum accusat Pseudo-Isidorus, quasi deterrere ille Pontificem a quinque Jansenii propositionibus condemnandis voluerit.

„ undici Vescovi Franzesi, che a dieci Lu-
„ glio 1651. scrissero comuni Lettere a
„ Papa Innocenzio, perchè si riguardasse
„ a fare la condanna delle cinque propo-
„ sizioni „. Fac vera prædices. Nihil certe non falsi scribis; at fac, inquam, vera prædices. Verum quo tandem modo scire Palafoxius ann. 1652. poterat, quæ non publice, sed secreto Gondrinius cum decem Collegis ad Innocentium X. scripserat anno superiore? At publica erant, quæ Clerus Gallicanus typis an.1645. & an.1650. ut vidimus, vulgarat de Gondrinii caritate, studio tuendorum Canonum Ecclesiasticorum, zeloque sustinendæ Episcopalis auctoritatis suæ; deque Jesuitarum in eum Archiepiscopum conjuratione, insolentia, ac libello pleno maledicentiæ. Quid autem in eo est vitii, qui quod publicum sit, quodque norit, scribat; tacitus vero prætereat, quod non noverit? Qua de re porro agebat, obsecro, Palafoxius in libro illo *de la Satisfaccion al Memorial*, quo in Libro Gondrinii meminit? De propositionibus ne Jansenianis; an de se, quem Jesuitæ tam immaniter, ut alios quosdam Sacrorum Antistites insectati essent; quo conculcato Episcopali jure, conses-

fessiones ipsi audire, verbumque Dei palam predicare, nesciis, immo repugnantibus Episcopis, liberè ac impune possent? De se quidem ita, ut dixi, non de Jansenii propositionibus Venerab. Antistes agebat, quod plane ex Libro eodem constat. Quid igitur peccavit is, qui ea de re apud Regem agens, Gondrinii (quem eo nomine ann. 1645. & 1650. Galli Episcopi publice laudarant, simul, accusantes audaciam, arrogantiam, improbitatem Jesuitarum) quid, inquam peccavit is, qui hæc sciens, accusatis Jesuitis, Gondrinii cum laude meminerit an. 1652.; non meminerit contra stomachans Litterarum, quas pro Jansenii propositionibus an. 1652. ab Gondrinio, decemque Collegis ad Innocentium X. scriptas nesciret, propterea quod editæ, divulgatæque non essent? Quid? Si an. 1653. Clerus Gallicanus, (ut supra hujusce Epistolæ *num.* 11. *pag.* 7. *sq. not. constitit*) zelum Gondrinii patientiam, qua injurias pertulit, caritatem celebravit? Anno ne 1652. non fecisset de Gallo Episcopo paucis differens Palafoxius; quod ann. 1645. 1650. & 1653. de eodem Episcopo Gallo copiose scribens Clerus Gallicanus, fecit? Clerum ne Gallicanum in crimen vocabis, nebu-

 lo?

lo ? Si non audes , cur Palafoxium insectare , quæ Clerus Gallicanus probans scripserit , prædicantem ? Jam de Litteris , quas a Gondrinio , Collegisque Episcopis decem datas ad Innocentium , mones , quid dicam ? Scilicet hoc vestri est proprium , ut quo rerum imperitiores estis, eo sitis insigniter impudentiores . Equidem nego , Litteras ullas 10. Julii ann.1651. ab Episcopis illis undecim ad Innocentium fuisse scriptas . Provocabis ad Sanctamorium (1) . Verum is redditas Pontifici ea die Litteras eorumdem Episcoporum, dicit ; scriptas non dicit. An *scriptas* , & *redditas* eodem recidere arbitrare ? Sed hoc leve ; illud gravissimum , quod Litteras eo consilio ab Episcopis undecim missas dixeris , quo sibi Pontifex a propositionibus quinque condemnandis caveret . Qua sane re nihil fingi potest calumniosius . Non enim illi omnino negarunt , eas propositiones damnari oportere ; sed in iis dijudicandis servari petierunt modum , quem ipsi ajebant servandum more majorum . Nam videri sibi , Partes contendentes audiendas esse , ut actum sub Clement. VIII. fuerat : agitandam primum ab se in Conven-

(1) *Journal.III.Part. Chap.I.pag.83. & Chap.IV.p.96.sqq.*

ventu Cleri Gallicani caussam, tum ad Sedem Apostolicam deferendam, *ut tota hujus auctoritate justa quæ fuerit pronunciatio firmaretur*. Rogarunt porro, ut Pontifex, *prædecessorum suorum vestigiis insistens, re tota penitus inspecta, & auditis, ut solet, contendentibus partibus, omnem deinceps altercandi segetem amovere*, ne graveretur, atque ita demum epistolam conclusere: „ Age igi„ tur Beatissime Pater, gravissimam li„ tem, quæ a multis jam seculis Catho„ licæ unitatis nullo dispendio hucusque „ perduravit, vel paulisper etiamnum pa„ tere, ac sustine; vel caussam hanc to„ tam ex solemni judiciorum more ex„ pende „ (1). Quid? Proponere modum, quem quis in dijudicandis controversiis de religione tenendum existimet; orare, ut paulisper sustineatur, rei diligentius expendendæ caussa; monere ut caveatur, ne quid fraude confictum sit; numquam dicere, refragaturos sese iis, quæ Pontifex esset constiturus, hoccine erit a controversiis dirimendis Pontificem deterrere? Hoc si ita est, quid erit reliqui, quam ut Aurelium, Alypium, Augusti-

 num,

(1) Vide eorum Episcoporum litteras apud Sanctamorium *ibid. in Append. pag. 5. sqq.*

num, Evodium Epiſcopos Africanos doctiſſimos, atque ſanctiſſimos reſtitiſſe confiteare damnationi dogmatum Pelagianorum; propterea quod ad Innocentium I. ſcribentes, aut arceſſendum Pelagium Romam; aut litteris ex eo, quid ſentiret, quærendum propoſuiſſent (1); quæ res fieri profecto non poterat, quin vel aliquamdiu ſuſtinuiſſet Pontifex, vel ſolemniore, quam putarat, judiciorum more agere conſtituiſſet (2)? Exempla ſunt generis ejuſdem permulta Epiſcoporum de ratione a Conciliis, Pontificibuſve maximis in expendendis dogmatibus ſervanda monentium; quos impediendi judicii cauſſa monuiſſe, contendere, hominis eſt non amantis veri, ſed incitati odio, remque omnem in pejorem partem calumnia rapientis. Quid tu? Jeſuitas nè, qui cauto eſſe opus, dicerent, in finienda Sinenſi cauſſa; neque vero id dicerent ſolum, ſed pro ſuperſtitioſis Sinenſium etiam ritibus pugnarent, antequam Apoſtolica Sedes dixiſſet ſententiam; Jeſuitas ne inquam illos prohibendos communione ſacrorum, ac ne nominandos quidem eſſe

de-

(1) *Num.III. Tom.I. Epiſtolar. Romanor. Pontific. Edit. Pariſ. an.1721. pag.878.*

(2) Epiſt. Innoc.I. ad quinque Epiſcopos *n.IV ſq. ibid. pag. 903.*

defendes, etiam si, post definitionem, Apostolicæ Sedi paruerint? Non dices profecto: cur igitur dicis de Gondrinio, & Collegis, qui non susceperant defensionem propositionum Jansenianarum, sed modum proposuerant, quo ipsis expendendæ videbantur? At longe discrepans fuit Innocentii X. Pontificis Maximi de Episcopis illis undecim Gallicanis sententia. Nam acceptis eorum litteris, cognitoque quid iis contineretur, esse sibi perspectam, dixit, eorum in Sedem Apostolicam pietatem; confirmavitque, nihil se non ordine, aut non cogitate, cauteque constituturum (1). Cum autem tam de iis bene Pontifex senserit; cumque tanta benignitate & litteras eorum, & legatos exceperit, iisdemque Julio mense an.1651. promiserit, non minora se, quam hactenus dedisset, argumenta deinceps daturum singularis in eos voluntatis suæ; cur non ego te & calumniatorem judicem, qui eos (litterarum earumdem caussa) erroris arguere audeas; & sycophantam, qui Palafoxio ob nominatum anno 1652. Gondrinium, conflare Jansenismi invidiam conere (2)?

V. Sed

(1) Saint-Amour *Diar. III. Parte Cap.IV. pag.96. sqq.*

(2) Nollet fortasse Pseudo-Isidorus uti nos Sancta-Amorii

Scriptas a Gōdrinio ad Archiepiscopum Tolosanū litteras, quibus eum hortaretur, ne Constitutioni Pontificis pareret, scribit quidem Pseudo-Isidorus, sed ullo monumento non efficit.

V. Sed constat, inquis, Gondrinium litteras ad Archiepiscopum Tolosanum scripsisse, quibus etiam, atque etiam hominem monebat, ne Constitutionem Innocentii, qua propositiones quinque Jansenianæ confixæ fuerant, admitti ab se pateretur. Constat? Quibus indiciis? Nullo certe. Neque enim abs te ullum afferri video. Quo anno? Taces. Mirarer, si suspicari potuisses, eum te annum fuisse prætermissurum. Nam cum mirificus adeo annorum, mensium, dierum fabricator sis, ut horum notas (quemadmodum supra demonstratum est) adponas rebus, quæ numquam contigerint; quî demum hac una in re tam fuisse cautus existimabere, ut si vera esset, annum quo evenerit, omitti oportere statueres? Sed quid ego conjecturis utor, cum habeam præclara, eaque publica documenta in promtu? Ecce tibi Epistolam Gondrinii Pastoralem, quarto post mense ab edita Constitutione, datam, qua ille omnibus curæ suæ creditis imperat ut Constitutioni eidem obtemperent. Cavit ille quidem, ne quis doctrinam Sancti

rii testimonio. At quæ objicit, cujusnam obsecro, nisi Sanct-Amorii nituntur narratione, ac fide? An quod Pseudo-Isidoro mentienti licet, mihi veritatem tuenti non liceat?

cti Augustini, quæ de gratia ab *intrinseco*, ut dicimus, *efficaci*; deque *prædestinatione gratuita* est, ea Constitutione damnatam arbitraretur. Verumtamen, idipsum cautum ab Innocentio Decimo sæpe fuerat (1), cautumque deinceps a Summis Pontificibus est Alexandro (2) VII. Clemente XI. Benedicto XIII. & Clemente XII. At hæc Epi-

(1) Saint-Amour Journal *Partie V. Chap. XXVII. pag.* 534.

(2) Alexander VII. in Brevi ad Doctores Lovanienses de observantia Constitutionum Apostolicarum in materia de Auxiliis secundum inconcussa, tutissimaque dogmata SS. Augustini, & Thomæ Aquinatis dat. die 7. Augusti anno Pontificatus sui VI. hoc est ann. 1670. quo loco „ Præclarissimorum Ecclesiæ Catholicæ Doctorum, *in-* „ *quit*, Augustini, & Thomæ Aquinatis INCONCUS- „ SA, TUTISSIMAQUE DOGMATA SEQUI SEM- „ PER, U T ASSERITIS, AC impense revereri veli- „ tis, quorum profecto Sanctissimorum Virorum penes „ Catholicos universos ingentia, & omnem laudem super- „ gressa nomina, novi præconis commendatione plane non „ egent „. Mitto testimonia Clem. XI. Bened. XIII. Clem. XII. Bened. XIV. quod notiora sint, quam ut sit opus ipsa commemorare. Etsi vero ea, non horum modo, sed Superiorum etiam Pontificum, de Augustini, Thomæque doctrina, sententia fuerit, nihilominus Moliniani spargere in vulgus non verebantur; damnatis propositionibus quinque Jansenianis, damnata item fuisse Augustini dogmata. Itaque Episcopi, qui, quorsum conatus Molinianorum vergerent, animadverterant, hoc ab se maximè caveri ajebant, ut ne quis Augustini, Thomæque sententias Constitutione Innocentii confixas esse judicaret; neve iis, qui confixa esse calumniarentur, crederet. Interea Molinianorum patroni enitendum sibi maximo esse opere arbitrabantur, ut eos, qui sic pro Augustini doctrina pugnarent, in-

Epiſtola Paſtoralis Gondrinii proſcripta anno 1654. die 23. Aprilis Decreto Sanctæ Inquiſitionis fuit. Fateor: ſed, præterquamquod biennio ipſo poſt, quam ejus Præſulis Palafoxius cum laude meminiſſet, proſcripta fuit; illud etiam accedit, quod propoſitiones damnatas, fuiſſe fraude compoſitas,

invifos Purpuratis Patribus atque Pontifici redderent. Aliud hos velle affirmarunt, aliud dicere. Verbo Auguſtinum, re Janſenium conſectari. Qua quidem accuſandi ratione factum eſt, ut etſi haud pauci merito; plures tamen, per injuriam, in erroris venirent ſuſpicionem. In his poſtremis Chriſtianus Lupus, Gondriniuſque fuerunt [Ita Gerberonius de Gondrinio *ad ann.* 1654. *pag.* 387. *Tom.III. Edit. an.*1701. cujus quidem Gerberonii teſtimoniis ſæpe utitur Pſeudo-Iſidorus] Ac de Lupo quidam alias. Gondrinio non tam fuiſſent irati Moliniani, ni Jeſuitis ille in ſua ipſius jura invadere conantibus, fortiter reſtitiſſet. At hi, ubi animadverterunt, minus ipſum recte de facto Janſenii cenſuiſſe, etſi res nondum declarata eſſet, ab Apoſtolica Sede, (Vide *Proceſs. Verbal. Comitior Cleri Gallic. ann.*1656.*pag.*306.*ſq.*) nihil moræ interponendum putarunt, quin illius deferrent nomen. Ubi vero ille reprobari, quod ea de re ſcripſerat, ab Apoſtolica Sede intellexit, nulla deinceps circuitione uſus, paruit Pontificiæ Conſtitutioni, ut ex iis, quæ mox afferam, illuſtribus monumentis conſtat. Quum ita Conſtitutioni ſubſcripſiſſet, magna eſſe in celebritate porrexit apud Collegas ſuos Epiſcopos Galliarum. Cur autem Gondrinium Palafoxius ann.1652. non laudaſſet, cum maximi eo tempore is Senonenſis Antiſtes a Clero Gallicano univerſe, ut vidimus, penderetur. Cur vero an.1653. illum Palafoxius accuſaret, cujus cauſſam, agi apud Apoſtolicam Sedem, noſſet; quemque mox accepiſſet, plene, integreque Conſtitutioni Pontificiæ ſubſcripſiſſe, atque ita porro apud Collegas ſuos magno in honore, magnaque in celebritate verſari?

tas, ambigeeque conceptas, propositasque ab Accusatoribus Gondrinius affirmarit; quæ res graviter offendit Pontificem. Ceterum non diu in ea opinione is Præsul perstitit. Nam sexto post mense eam revocando, atque rejiciendo Pontifici satisfecit. Negas? Vide, quid afferam. Epistola hæc est Cleri Gallicani ad Innocentium X. scripta. Quo anno? 1654. Quo mense? Martio: nempe IV. Kalendas Apriles. Undenam accepta? Ex priore Volumine *Actorum Cleri Gallicani pag.*245.*sqq.Editionis Parisiensis anno* 1716. Quid continet? Animum adverte: *Pag.*248 „ Nos in hac Urbe Parisiensi con„ gregati censuimus, & per Epistolam En„ cyclicam his Litteris adjunctam decla„ ravimus, propositiones illas, & opi„ niones esse Cornelii Jansenii, & in sen„ su ejusdem Jansenii a Sanctitate Vestra „ damnatas disertis, & manifestis verbis. „ Quam enim auctor ille usurpatione pri„ vata, novam doctrinam, sub specie ve„ teris inducebat, necessum fuit, ut Apo„ stolica Sedes, judicio lato, ex publica, „ & antiqua Ecclesiæ traditione refelleret, „ ne Christianæ fidei doctrina, pravis ab il„ lo Scriptore ad testimonia veterum Pa„ trum, quos laudat, adhibitis interpreta-

„ tationibus , obrueretur . Nihil quippe
„ aliud egit Conſtitutione ſua Innocen-
„ tius X. quam ut Auctoritatis ſuæ præſi-
„ dio antiquam fidem muniret , non di-
„ cendo nova , ſed dicendo nove , juxta
„ receptas in Scholis Theologiæ Locutio-
„ nes , quibus Janſenius quoque utitur .
„ Eo pacto Beatitudo Veſtra liquido ex-
„ plicuit , atque confirmavit regulam fi-
„ dei de gratia , & libero arbitrio , quam
„ ex parte prius aſſertam adverſus Mani-
„ chaeos , quod attinet ad arbitrii liber-
„ tatem , poſtea deceſſores veſtri Innocen-
„ tius I. & Zoſimus , *cooperantibus Afri-*
„ *canorum Conciliorum Litteris* (*Auguſt.*
„ *lib.*2. *retractat. cap*.50.) contra Pelagia-
„ nos plene conſtabiliverant ; quamque
„ deinde Cæleſtinus I. ac Concilium Arau-
„ ſicanum , juxta Capitula a Sede Apo-
„ ſtolica tranſmiſſa , & ſuperiori ſeculo
„ Tridentinum , ſollicite , atque diligen-
„ ter enucleatam definiverant . Quaprop-
„ ter eam Conſtitutionem Ordine Canoni-
„ co latam , atque gemino in ſenſu intel-
„ lectam , quem Litteræ iſtæ patefaciunt ,
„ devotiſſimo obſequio nos ſuſcipere teſta-
„ mur ; præterea vero daturos operam
„ profitemur , ne quis curæ noſtræ ſub-

ditus

„ ditus impune contraria vestris definitio-
„ nibus docere, scribere, aut loqui præ-
„ sumat, pœnis in hæreticos a jure decre-
„ tis alioquin a nobis statim puniendus:
„ ex qua concordi omnium sententia sub-
„ scriptionibus nostris firmata Beatitudo
„ Vestra facile intelliget: NULLI ex
„ Collegio nostro esse propositum, ut ali-
„ quid dignitati Constitutionis adversum
„ proferret, aut scriberet: quin immo
„ destinatum esse nobis, plenissima vene-
„ ratione Sacram B. Petri Sedem, & San-
„ ctitatem Vestram colere „. Magnificen-
tius ne quidquam adversus quinque Janse-
nii propositiones prædicari potest? Vide
nunc, quis huic Epistolæ post Julium Car-
dinalem Mazarinum, & Victorem Archie-
piscopum Turonensem subscripserit:

Ludovicus Archiepiscopus Senonensis.

Quis hic est? Gondrinius. Et hunc tamen
Archiepiscopum, qui se tam addictum Apo-
stolicæ Sedi, tam adversum quinque damna-
tis propositionibus, tam ab sensu Jansenii
abhorrentem profiteatur, ut in eos, qui
Jansenio ipsi faveant, tamquam in hæreti-
cos sese animadversurum polliceatur; hun-
cine, inquam, Archiepiscopum vocare in
Jansenismi suspicionem, appellareque refra-
cta-

ctarium non verere ? Conjice nunc oculos, furia, in *paginam* 253. *Tomi ejusdem Primi Actorum Cleri Gallicani*. Ecquid legis? „ Epistola scripta Universis Præsulibus Regni Franciæ a Cardinalibus, Archiepiscopis, & Episcopis Parisiis consistentibus die 28. Martii 1654. de quinque propositionibus excerptis ex Libro Jansenii, damnatisque a Sancto Patre Nostro Papa Innocentio X. „. Quid hæc Epistola continet ? Idem prorsus ac superior ad Innocentium (1). Optime. Rogo, quis

[1] Pag. 256. sq. „ Eos, qui quinque illas propositiones tuentur, aut probant, vere esse ex eorum numero, (declaravimus) quos Innocentius X. sua illa in Constitutione vocat CONTRADICTORES, & REBELLES, & quos vult *a Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis per censuras, & pœnas contra hæreticos, & eorum fautores in jure expressas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii secularis, omnino coerceri, & compesci*. Id vero nos omnes, quantum in nobis quidem erit, effecturi sumus, rogamusque quotquot hinc absunt Gallicani Cleri dilectissimos, & religiosissimos Fratres nostros, ut idem quoque pro virili præstent &c. „ Antea vero dixerant *pag.* 253. *sqq.* „ Mirari satis non possumus post æquissimam, sanctissimamque Constitutionem illam, qua Beatissimus Pater Innocentius X. prædictas quinque propositiones damnavit, & iis quidem verbis, quibus nihil dici potest expressius, nihil clarius; homines illos affirmare, immo & persuadere aliis velle res duas vanas omnino, atque inanes; alteram, quinque illas propositiones non esse Jansenii; alteram damnatas esse

quis eam tertio rursum loco subscribens firmarit ? Inspice in paginam 257. Jam ne cernis , ut rursum post Cardinalem Mazarinum , & Victorem Archiepiscopum Turonensem , ***Ludovicus Archiscopus Senonensis*** subscripserit ? Quid ? Perstas ne in *Refractariis* ponere Præsulem ita Constitutioni Innocentianæ obtemperantem , ut ***rebellium*** haberet numero eos , qui contra quidquam mutire auderent ? Provocabis , arbitror, ad Pontificem. Sed qua fronte ? Cum is anno eodem 1654. die 29. Septembris ad *Subscriptores* illos Archiepiscopos , atque Episcopos Litteras *in forma* , ut ajunt, *Brevis* , transmiserit , quæ sic habebant : „
„ Jucundum sane accidit PROBARI NOBIS LUCULENTIUS VESTRÆ PIETATIS ZELUM iis in partibus obeundis , quas nos omnibus Pastoralis officii administris injunximus , ut qua par est , obedientia ubique servari enixe curent Constitutionem nostram , qua , die 31. Maji ann. 1653. damnavimus in quinque propositionibus Cornelii Jansenii do-

 ctri-

„ esse eo in sensu , qui ad Jansenium nihil pertinet ; „ Potest enim quidquam esse absurdius , quam tueri id „ velle , cui refellendo , revincendoque nihil opus sit multis rationibus . . sed sola Pontificiæ Constitutionis, quæ „ per se rem ipsam totam aperte dirimit , lectione ?

„ ctrinam ejus libro contentam, cui titu-
„ lus *Augustinus &c.* (1). Eum ne tu, impune dicas, Constitutioni Innocentii restitisse; eum ne, inquam, cujus *pietatis zelum* in eadem Constitutione *servanda* Innocentius ipse *luculentius sibi probari*, publicis Litteris, testetur? Quæ arrogantia istuc te demum adduxit, ut plus fidei mentienti, calumniantique tibi; quam Innocentio Pontifici Maximo vera prædicanti, adjungi posse confideres? Age porro e numero quadraginta Episcoporum, qui 2. Septembris die, anno 1656. litteras ad Alexandrum VII. Pontificem Maximum miserunt, quique promiserunt; *se officio suo non defuturos*; curaturosque, ut CONSTITUTIO FIRMARETUR: animadversuros *alioqui* in eos, qui contra quidquam molirentur, pœnis *jure decretis adversus hæreticos*: *finitam namque esse Apostolicis Constitutionibus caussam &c.* e numero, inquam, quadraginta, illorum Episcoporum, quisnam quarto subscripsit loco? *Ludovicus Henricus de Gondrin Archiepiscopus Senonensis*. Confer *Tom. eumdem I. Actorum Cleri Gallicani pag.*259. *sq.* & 273. *sqq.* Quis ann. 1656. die 1. Septembris sincere se Constitutio-

[1] *Act. Cler. Gallic. T. I. pag.* 262. *sq.*

tioni parere professus est ? ,, (1) Confor-
,, miter ad id quidem Illustrissimus Seno-
,, nensis dixit , seipsum sincere submittere
,, Constitutioni S. P. N. Innocentii X. ju-
,, xta suum verum sensum explicatum a
,, Conventu Præsulum Regni die 28. Martii
,, ann. 1654. confirmatumque per Breve San-
,, ctitatis Tuæ 19. Septembris ejusdem an-
,, ni ; non solum ut ne vel hilum rece-
,, deret ab obsequio , quod dicto Conven-
,, tui debetur , & a spiritu unionis , &
,, pacis , qui debet esse inviolabilis in Ec-
,, clesia ; sed etiam propterea , quod vere
,, se obligatum credat in conscientia ,, .
*Tom.*1. *Actor. Cler. Gallicani pag.*294. Postre-
mo e triginta novem Episcopis, qui tunc
Parisiis agebant , ecquis , tertio loco , as-
sentiri se Constitutioni scripsit ? *L. Henri
de Gondrin Archevêque de Sens* . Quid er-

C 2 go

(1) ,, Monseigneur de Sens a dit , conformément à ice-
,, lui qu' il se soûmet SINCEREMENT à la Consti-
,, tution de N. S. P. le Pape Innocent X. selon son veri-
,, table sens expliqué par l'Assemblée de Messeigneurs les
,, Prelats du 28. Mars 1634. & confirmé depuis par le
,, Bref de sa Sainteté du 29. Septembre de la même an-
,, née ; non seulement pour ne point s'éloigner du respect,
,, qu' il doit à ladite Assemblée , & de l' esprit d'union ,
,, & de paix qui doit être inviolable dans l'Eglise ; mais
,, aussi à cause qu'il s'y croit veritablement obligé en CON-
,, SCIENCE ,, .

go? Malum! Qui non repugnavit, quin propositiones Jansenii condemnarentur; qui Constitutioni Innocentii X. bis an. 1654. subscribens, obtemperavit; quique an. 1656. eidem se plane assentiri professus est; isne, te auctore, tam erit in Jansenianorum turbam conjiciendus, ut jam crimini vertendum censeas Palafoxio, quod eum an. 1652. (tandiu nempe ante, quam Constitutio Innocentiana adspexisset lucem) cum laude commemorarit?

Subscripsit Gōdrinius Constitutionibus Pōtificum non solum pacis servandæ, sed etiam conscientiæ caussa. Itaque ejus subscribendi ratio probata Clero Gallicano universo fuit, atque etiam Pōtificibus; etsi moleste ferrent Moliniani, qui eum oderent.

VII. Sed clamare non desinunt tui, minus Catholicum ad an. 1658. fuisse Gondrinium, propterea quod, persuadere sibi nequivisset, immunem ab censura fuisse, vi illius Constitutionis, Augustini de Gratia, & Prædestinatione sententiam. Tantum habet schola vestra licentiæ, ut calumniarum in eos numquam esse modum faciendum putet, a quibus aliquando de re quacumque dissenserit. Nego quidquam tale Gondrinio umquam venisse in mentem. Cupere quidem ille se dixerat, ut nihil ea Constitutione contineri declararetur, quod Augustini de Gratia, de Libero arbitrio, deque Prædestinatione doctrinæ repugnans esset; non quo ipse dubitaret; sed quo ora similium tui obstrueret, qui doctrinam

nam eamdem Auguſtini damnatam ea Conſtitutione fuiſſe jactabant. Non ego Burgofontanianis commentis utar. Nam vobis iſta relinquo lubens. Utar publicis, certis, ineluctabilibus monumentis, cujuſmodi ſunt *Acta* (1) Cleri Gallicani. Horum tu priorem Tomum pag.293. conſule. Reperies *l'Extrait du Procés verbal de l'Aſſemblée Generale du Clergé de France, tenuë au grand Couvent des Auguſtins es années* 1655. *&* 1656. Cognoſces, juſſiſſe Conventum Cleri, ut quod ſcriptum ab Archiepiſcopo Senonenſi fuerat, legeretur. Lectum fuiſſe. Scripti autem hanc fuiſſe ſummam. Peti ab Archiepiſcopo, ut, reprimendorum quorumdam ſuæ Diœceſis Eccleſiaſticorum cauſſa (2), declaretur, *Doctrinam S. Auguſtini*

(1) *Pag.*292.*ſqq. T. I.*
(2) Erant hi certe Moliniani, qui ejus Diœceſim perturbabant, quique Auguſtini doctrinam, ut ante etiam animadverti, Innocentii Conſtitutione damnatam eſſe mentiebantur. *Proceſſ. Verbal. Conventus Cleri Gallic. an.*1655. *&* 1656. *pag.* 673. „ Le premier Acte du 8. d'Avril contient la declaration que Monſeigneur de Sens avoit „ eſté obligé de faire pour arreſter CERTAINS ECCLESIASTIQUES DE SON DIOCESE; ſçavoir, „ que la Doctrine de Saint Auguſtin touchant la Grace, „ le Libre arbitre & la Predeſtination, n'eſt point condamnée par la Conſtitution du Pape, & qu'en ſe ſoûmettant à icelle comme il a desja fait avec tous Meſſei-

ſtini ad Gratiam, ad Liberum arbitrium, & ad Prædeſtinationem ſpectantem, non eſſe damna-

„ ſeigneurs ſes confreres , & ſouſcrivant à la reſolution
„ qui a paſſé par pluralité de voix , pour ne s' esloigner
„ du reſpect qu' il doit à l' Aſſemblée , ny de l' eſprit
„ d'union & de paix, qui doit eſtre inviolable dans l'E-
„ gliſe, il n' entend point qu' il ſoit PREJUDICIE' A'
„ LA DOCTINE DE SAINT AUGUSTIN ſur la ma-
„ tiere de la Grace, de la Predeſtination, & du Libre ar-
„ bitre. Le ſecond Acte de meſme jour eſt celuy de Mon-
„ ſeigneur l' Eveſque de Comenge ; qui dit , que pour
„ empeſcher le MAUVAIS DESSEIN DE QUELQUES
„ DOCTEURS QUI DISOIENT, que la DOCTINE
„ DE SAINT AUGUSTIN , ET DE SAINT THO-
„ MAS ESTOIT CONDAMNEE PAR LA CONSTI-
„ TUTION, il eſtoit obligé de declarer, qu'en ſe ſou-
„ mettant, comme il a desja fait à la Conſtitution . . il
„ n' entend point que ny la Conſtitution , ny la reſolu-
„ tion preſente de l'Aſſemblée, prejudicient à la Doctri-
„ ne de Saint Auguſtin &c. „ ? Quid ? Si Archiepiſcopus Senonenſis (ubi intellexit, non probari, quod tantummodo dixerat, pacis tuendæ cauſſa ſubſcripſiſſe Conſtitutioni ſe) revocarit declarationem ſuam, addideritque?,, Mais auſſi à
„ cauſe qu' il s'y croit VERITABLEMENT OBLI-
„ GE' EN CONSCIENCE „. *Proceſ. Verbal. ibid. pag.* 675. Quare Congregatio Cleri declaravit : „ qu' Elle eſt
„ SATISFAITE de la declaration QUE MONSEI-
„ GNEUR DE SENS A FAITE, ET ſignée touchant
„ les deux Actes énoncez dans le procez verbal ; & or-
„ donne qu' il fera eſcrit à Monſeigneur l' Eveſque de
„ Comenge, afin qu' il lui plaiſe en faire une autre en
„ meſme termes „ . Viden, ut probata Clero Gallicano univerſo, pro Conſtitutionibus Pontificiis pugnanti, declaratio Archiepiſcopi Senonenſis fuerit; aliiſque a Clero ipſo propoſita ad imitandum? Confer præterea Epiſtolam Cleri Gallicani ad Alex.VII. ſcriptam an.1656. die 2.Sept. *Proceſſ. Verbal. ibid. pag.759.ſqq.* Cui Epiſtolæ ultro ſubſcripſit

natam Constitutione Papæ . Jam vero se dum eidem Constitutioni sese submittit , uti jam cum cæteris suis Collegis fecerat ; dumque subscribit sententiæ , quæ probata est majore numero suffragiorum , ut ne ab obsequio recedat , quod conventui debet , aut ab unionis , & pacis spiritu , quem oportet in Ecclesia inviolatum esse : non censere , allatum quidpiam detrimenti esse Doctrinæ S. Augustini de re Gratiæ , Prædestinationis , & Arbitrii liberi . Videsne , ut non eo dixerit , quo damnatam ipse Constitutione Pontificis Doctrinam Augustini arbitraretur ; sed quo vestrûm aliquos , qui damnatam vociferabantur , comprimeret ? Immunem porro a censura Doctrinam Augustini dixisse , ecquid , obsecro , mali esse poterat ? Annon id etiam Alexander Pontifex deinceps dixit ? Confer hujus ad Lovaniensem Accademiam Litteras anno 1660. die septima mensis Augusti datas , in quibus , non dubitare se scribit , quin Lovanienses , qui propositiones damnatas tan-

psit Gondrinius , *ibid. pag. 765*. Quamobrem non est cur miremur , honorem fuisse a Collegis Episcopis Gallicanis delatum Gondrinio , ut Conventui Cleri an.1655. & 1656. præsideret , quemadmodum sane præsedit ; Epistolisque ad Pontificem Alex.VII. Cleri nomine missis , ut Præses subscriberet . Vide *Process. Verbal. ibid. pag.*568. &c.

randum duxit, eo consilio duxisse, ut prava quorumdam suæ Diœcesis Ecclesiasticorum (vos autem indicabat) molimina præpediret; Ceterum ultro se revocare si quid enunciasset, quod communi Conventus Cleri sententiæ dissonum esse videretur. Ad extremum Constitutioni sincere se assentiri, non modo servandæ Concordiæ caussa, sed etiam satisfaciendi muneri, conscientiæque suæ. Quin etiam anno 1658. Synodum habuit (1), pleneque consentiens iis, quæ a Conventu Cleri Gallicani de formula receptionis Constitutionum Innocentii X. & Alexandri VII. decreta fuerant anno superiore, subscripsit, in eaque sententia ad extremum usque vitæ constans perseveravit. Jam perspicis quam scopuloso, quamque difficili in loco versere? Quid? Tamen ne perges Palafoxium in crimen Jansenismi vocare, quod Gondrinium laudaverit (2) Præsulem in primis do-

„ ges adhera à cet Acte qui est signé des deux. Aprés „ la lecture, Monseigneur de Sens dit, qu'il lui étoit aisé „ de Justifier son procedé, tant par la necessité qu' il „ avoit d'empecher les mauvais desseins de quelques Ecclesiastiques de son Diocese, que par d' autres moïens „ qu' il allegua &c. „

(1) *Galliæ Christianæ Tom.XII. Edit.an.*1770.*pag.*103.*sq.*

(2) Quod si perget Sycophanta Palafoxium accusare ob

doctum, ac nobilem, quem Acta publica demonstrent, adeo fuisse a quinque notatis pro-

ob laudatum an.1652. Archiepiscopum Senonensem Gondrinium, quod Gondrinius idem ann. 1653. Pastoralem Epistolam ediderit, quæ an. 1654. proscripta fuit; accuset multo magis Clerum Gallicanum necesse est, qui, ut monuimus an. 1655. & 1656. Archiepiscopum ipsum Sanonensem delegerit, qui suis comitiis præsideret. Confer *Procesf. Verbal. annor. eorumdem pag.* 205. 396. 474. *sqq.* Sed non committet, opinor, ut Clero Gallicano maledicat, nebulo. Cur igitur maledicit Palafoxio? At graviter tulit Alex. VII. Epistolam illam Pastoralem Gondrinianam. Fateor. Quid tamen? An Clerus contra Alexandrum egit? An restitit ei Pontifici, ejusque Decessori Gondrinius? Nullo modo. Nam & satisfecisse Pontifici se; & paratum se Gondrinius rursum satisfaciendi, dixit; & Clerus satisfacienti non succensendum, sed ignoscendum putavit, contra atque Moliniani Socii volebant, qui odio plusquam vatiniano eum Archiepiscopum insectabantur. In *Procesf. Verbal. an.* 1655. & 1656. *pag.* 456. *sqq.* „ Monseigneur le Cardinal avoit fait (la proposition) à la Compagnie (du Clergé) de la part du Roy, „ par laquelle son Eminence avoit exposé, que sa Majesté desiroit d'avoir l'advis de l'Assemblée sur la demande que Monseigneur le Nonce luy a faite de la „ part du Pape, de permettre que les Commissaires nommez par sa Sainteté informent pour sçavoir si Messeigneurs „ les Archevesque de Sens, & Evesques de Comenge, & „ de Beauvais sont Auteurs des Lettres Pastorales, qui „ ont esté publiées sous leur nom, laquelle proposition „ ayant esté leuë, Monseigneur l'Archevesque de Sens a „ dit que luy & Messeigneurs les Evesque de Comenge „ & de Beauvais AVOIENT ESSAYE DE SATISFAIRE SA SAINTETE' [hoc Berruverus, aliique e Societate haud pauci, quorum damnatæ sententiæ sunt, proscriptique libri, fecerunt numquam) „ & qu'IL ESTOIENT DISPOSEZ A' LE FAIRE DE NOUVEAU

propositionibus, sensuque Jansenii abhorrentem? Si perges, quis te impudentior calumniator? Sin desines, utrum te, hactenus sycophantam fuisse; an tuorum dolis deceptum existimari mavis? Video esse necesse alterutrum. Sed ego tecum in eo non pugnabo, quo minus, utrum velis, eligas.

Objicit Accusator, Boonenium, qui Cōstitutioni Urbani Pontificis restiterit, fuisse a Palafoxio laudatum.

VIII. Sed instas, atque, *Jacobus Boonen,* inquis, *Episcopus* (*Archiepiscopus,* debueras

„ VEAU, si elle avoit agreable de marquer en parti-
„ culier les choses qui luy ont desplû dans leurs lettres
„ Pastorales: Apres quoy s'estant retiré, l'affaire mise
„ en deliberation, les advis des Provinces pris, il a esté
„ resolu de remercier le Roy, de l'honneur qu'il a fait
„ à la Compagnie de vouloir prendre ses advis sur un
„ affaire si importante à l'Episcopat, de SUPPLIER sa
„ Majesté d'escrire au Pape conformément A' CE QU'
„ IL LUY A PLU DE FAIRE DIRE A MONSEI-
„ GNEUR LE NONCE par Monsieur de Brienne, &
„ de prier sa Sainteté d'agreér les SOUMMISSIONS,
„ & les SATISFACTIONS QUE MESSEIGNEURS
„ LES ARCHEVESQUE DE SENS & Evesques de
„ Comenge & de Beauvais luy ont desja faites, & de s'
„ en contenter: & au cas, qu'elle n'en fust pas satis-
„ faite, la prier de vouloir marquer en particulier les
„ choses qui lui ont desplû dans leurs lettres Pastora-
„ les, & l'asseurer qu'ils sont DANS UNE PARFAI-
„ TE DISPOSITION DE LUY DONNER LA SA-
„ TISFACTION QU'ELLE PEUT RAISONNABLE-
„ MENT DESIRER „. Confer cetera, quæ ibid. extant, & Epistolam a Clero Gallicano ea de re scriptam ad Regem. *Ibid. pag.* 466. *sqq.* Ac de Gondrinio quidem satis dictum est, quo certe contentum fuisse Pontificem non dubitamus, ut contentum fuisse Clementem IX. liquet ex *Brevi*, quod refertur in *Recueil Historique des Bulles &c. pag.*185. *sqq. Edit. an.* 1697.

ras dicere) *Mechliniensis*, tum quod *impugnator Urbanianæ Constitutionis*, IN EMINENTI, esset; tum *quod contumax, ob inobedientiam plenam scandali annorum septem; suspensus tandem a functionibus sacris fuit, Decreto Innocentii Pontificis die* 19. *Decembris anno* 1651. *Quid tamen Præsul noster* (Palafoxius) ? *Ejus suscepit defensionem, annoque* 1652. *amplissima commendatione celebravit illius nomen, ipsumque proposuit, ad Regem Philippum scribens veluti novum Athanasium, quem Societas esset persequuta. Jam vero qui tanto ardore Jansenianorum libros, & Jansenianos Professores tutatus est, eum ne non suspicabimur eodem imbutum errore fuisse; mirabileque putabimus, si ipsum defenderit Epistola Pastorali, quam ad Jansenianum exemplar formaverit?* Hactenus tu quidem (1).

Mentitur Accusator, susceptam a Palafoxio, scribens, Boonenii defēsionem; ipsumque propositū Regi ut alterū Athanasium. Suspensiōis cē-

IX. Cedo, quid Palafoxius de Boonenio scripserit. Verba illius mihi *describi*, non tua commenta jactari volo. Locum indicas è *Satisfaccion al Memorial de los Religiosos de la Compañia* n.499. Quid ibi legis? *al Arçobispo de Malinas en Flandes*: „ Archiepiscopo Mechliniensi in Belgio „. Quidquam ne

(1) Pseudo.Isidor. §.XI.

ne amplius? Nihil omnino. Quæ tua igitur ista tam impudenter mentiendi licentia est, ut audeas; *defensionem* Boonenii fuisse a Palafoxio *susceptam*; *ejus nomen amplissima commendatione celebratum*; *propositum ipsum velut alterum Athanasium Philippo*, contendere? Ecqua Athanasii facta ab illo est, dum de Mechliniensi Archiepiscopo ageret, mentio? Ecquam in hisce pauculis Palafoxii verbis cernis commendationem nominis Booneniani? Ecquam opinionum ejus susceptam defensionem? Id unum in tota illa periodo Palafoxiana est, ut alios quosdam Episcopos, sic Archiepiscopum Melchliniensem fuisse ab Jesuitis contumelia laceratum. At hoc idem ne sit, atque *amplissima commendatione* ornare quemquam, ipsumque *Athanasio parem facere*, tute considera. Ad *suspensionem* Boonenii quod attinet, non repugno, modo nè indictam an. 1651. fuisse pergas dicere. Inlatum namque illi id genus censuræ fuit anno 1652. die 19. Decembris (1). Id vero rescire qui poterat Palafoxius anni ejusdem die 1. Novembris, qua die librum *de la Satisfaccion* al *Memorial* Regi obtulit? Sed fac potuerit, an de libro Jan-

fura nō an.1651. sed 1652. inlata in Booneniū fuit, post scriptam a Palafoxio *la Satisfaccion al Memorial de los Religiosos de la Compañia*.

(1) Gerb. *Hist. du Jansen. ad an.* 1652. *pag.* 144. *Tom. III. Edit. Amstel. an.* 1791.

Quamquam nō de quæstionibus de Gratia Palafoxius agebat, sed de injuria illata sibi, Boonenioque ab Jesuitis.

Jansenii; de Constitutione Urbani, de quæstionibus Theologicis, quæ tunc de Libertate, deque Gratia apud Belgas agitabantur Palafoxius egit, ut hoc in genere laudasse Boonenium videretur? Minime. De injuria egit, qua is fuit Mechliniensis Episcopus (ob negatam vobis ab Ordinario non adprobatis audiendarum confessionum facultatem) exagitatus, quod sane erat certissimum: cetera Sedis Apostolicæ judicio expendenda, atque finienda reliquit, erga quam, ut insigni ferretur Vir Venerabilis pietate, ac religione, cum alio loco ostensum fuerit, non est, cur esse rursum adstruendum putem.

Sperare se Palafoxius scribit, in cælo Boonenium felicitate sẽpiterna frui. Cur autem id non scriberet de homine, qui Pontificiis Cōstitutionibus paruerat, atque in Ecclesiæ pace decesserat?

X. Oppones, in litteris, quas 6. Aprilis die anno 1656. Palafoxius ad Belgam Gillemansium dedit, *gavisum sese fuisse dicere, quod vidisset in Librum Caramuelis Decretum Archiepiscopi Mechliniensis* (erat is Boonenius), *qui in cælo esset*. Hominem autem, qui Decretis Ecclesiæ tanta cum Orthodoxorum offensione restitisset, ut ei interdictum a Pontifice fuerit, ne sacris deinceps fungeretur; hominem, inquam, ejusmodi in cælis qui collocarit, quo tandem modo numerari in Sanctis poterit? Ego vero non id abs te postulo, an exclu-

sus

ſus ali quando communione Catholicæ Eccleſiæ Boonenius fuerit, non , inquam , id ex te poſtulo ; illud quæro , ſententiæ ne ille Papæ obtemperarit ; an ad exitum uſque vitæ reſtiterit ? Quamvis tam es effrons , atque impudens , non audebis tamen negare , quod ne Janſeniani quidem diffitentur , *ſubmiſiſſe Boonenium ſe ſententiæ in ſeipſum latæ , atque ita controverſiæ , quæ de Conſtitutione Urbani VIII. tamdiu fuerat , impoſitum fuiſſe finem* (1) . Paruerat autem ille integre Conſtitutionibus Urbani , & Innocentii , ut Innocentius idem , cui plene ſatisfecerat, Legato Regis Galliarum teſtatus eſt, quemadmodum ex Monumentis Cleri Gallicani conſtat (1) . Ubi autem libertas eſt ei exer-

(1) Gerber. *Hiſt. du Janſen. ad an.* 1653. *pag.* 288. *ſq. Edit. Amſtel. an.* 1701. *Tom. III.*

(2) *Proceſſ. Verbal. Comitior. Cleri Gallicani an.* 1655. & 1656. *pag.*698. Epiſcopi Galliarum deſcribunt paucis . „ Les diſcours particuliers , que ſa Sainteté tint ſur cet„ te matiere à Monſeigneur de Lodeve , d'autant que „ ſa relarion eſt inſerée dans ce Procez Verbal en la ſean„ ce tenuë le 24. de Mars dernier , où l'un pourra re„ marquer que ſa Sainteté lui avoit declaré en une au„ dience precedente qu'Elle avoit les Eveſques de Fran„ ce écrits en ſon coeur ; que ſuivant leur exemple TOUS „ LES EVESQUES DES AUTRES ROYAUMES, „ AUX QUELS ELLE AVOIT ENVOYE SA CON„ STITUTION (ſi ergo miſit Palafoxio , ceteriſque Hiſpaniarum Antiſtitibus , ii quidem ut Pontifex teſtatur , Con-

exercendi sui muneris restituta; Epistolas ad Apostolicam Sedem de laxiore probabilistarum doctrina exitu certe secundo (1) dedit. Quin etiam tam ille gavisus deinceps Ecclesiæ pace; atque ita functus libere suo fuit munere Episcopatus, ut S. R. E. Cardinales Supremæ Congregationis S. Officii anno 1654. litteras ad ipsum dederint, quibus monebant, ut Jesuitis Lovaniensibus, qui vocati ad examen, adprobatique fuissent, audiendarum confessionum faceret potestatem: quas quidem ad litteras ille respondit, gravissimas esse caussas, quare id ab se, concedendum non arbitraretur, si modo vellet, & prospicere saluti suarum ovi-

Constitutioni ipsi paruerint,oportet). „L'AVOIENT RECEUE, ET SOUSCRITE AVEC RESPECT, ET „ MESME L'ARCHEVESQUE DE MALINES, ET „ L'EVESQUE DE GAND, quoyqu'ils y eussent apporté quelque difficulté au commencement „. Consule, quæ iidem ipsi Episcopi monumentis mandarunt litterarum *ibid. pag.* 302. *sqq.* & *pag.* 305. quo loco habetur, Episcopo Lodovensi dictum ab Innocentio X. P. M. fuisse: „ que „ mesme les Evesques de Malines & de Gand, qui avoient monstré quelque tergiversation au commence„ ment, ayant appris la reception par les Evesques Fran„ çois,L'AVOIENT RECEUE (*la Bule*) & souscrite „.

(1) Vide le *Théatre* de Brabant in *Serie Archiepiscoporum Mechilinienfinm*, ubi fit de Boonenio Archipræsule Sermo &c. Confer etiam *Galliam Christianam Sammarthanorum* postremæ Editionis *Ser. Episcopor. Mechlin.* quo loco agunt de Boonenio.

ovium, & suo muneri satisfacere (1). In pace autem Ecclesiæ Catholicæ cum Boone-

nius

(1) Epist. Bruxellis scripta an. 1654. die 17. Jul. ad *Cardinales S. Inquisit.* Ea vero in Epistola, acceptas ab se litteras Sacræ Congregationis Boonen. Archipræsul narrat, quibus quidem litteris, moneretur ipse, ut *examinatis, adprobatisque Lovaniensibus Jesuitis, ne potestatem negaret audiendarum confessionum*; & si quam haberet caussam, quamobrem eam potestatem negandam judicaret, Sacræ Congregationi significaret; quæ minaretur, id ni ipse trium mensium spatio fecisset, alteri se Episcopo, Jesuitarum eorumdem adprobandorum, daturam facultatem. Cur vero, ipse id potestatis genus Jesuitis concedendum non putaret; hanc esse caussam: quod tot portenta opinionum Jesuitæ probarent, inque pœnitentiæ sacris adhibere non vererentur, ut si quis ipsa describere vellet, is non brevem Epistolam scripturus, sed libros esset. Itaque propositam ab se eam conditionem an. 1652. die 23. April. fuisse Jesuitis, ut si pœnitentiæ sacris expiare in sua Diœcesi Christianos vellent, sancte promitterent, articulos se quosdam numquam probaturos. Promittere autem ipsos neglexisse, neque sibi responsum ullum reddidisse. Quare nescire se, cur querantur, quasi injuria ipsis illata sit. Non enim nocere se Jesuitis velle, sed curare salutem ovium sibi divinitus commissarum &c. Extremæ porro Epistolæ elenchum addidit propositionum, quas Administri Sacrorum pœnitentiæ, se numquam, præsertim dum id Sacramentum administrant, sequuturos polliceantur; quæ propositiones tam laxæ sunt, ut ferri nullo modo possint. Regulares porro in eadem Diœcesi sua privilegia quædam jactare &c. Ecce tibi, quæ illa tam gravis caussa fuerit, quamobrem Booneniurn Jesuita perpetuo periisse velit; succenseatque Palafoxio, qui eum salvum esse confideret. Nimirum omnium gravissimum scelus, teterrimaque est hæresis, negare Jesuitis, qui parere Episcopis recusent, audiendarum confessionum potestatem; ac si ad privilegia ipsi sua provocent, petere, ut Episcopo ea privilegia ostendantur. Atque hinc sane ortum implacabile illud

nius ad annum usque 1655. caste, integre, pie, parcus sibi, pauperibus liberalis produxisset vitam; quid impediebat, quominus anno 1656. sperare se Palafoxius scriberet, ipsum in cælis ævum agere cum Beatis? Sane si Johanni Chrysostomo, & Gregorio Nazianzeno non obstitit, quin Sancti & habeantur, & sint revera, quod alter eorum Valentem Imperatorem Arianum, appellarit pium; alter Constantium Augustum, item Arianum (divinæ gratiæ, quæ indigno extremo vitæ tempore affulgere potuerit, non diffidens) cælesti Regno potitum dixerit; cur demum obstaculo erit Palafoxio existimanti salvum eum Archiepiscopum, qui tot virtutibus, ut historici ferunt, ornatus, in pace Ecclesiæ Catholicæ decessisset? Satis multa de Boonenio. Interea hoc vos hacte-

nus

lud odium est, quo Smithium Vicarium olim in Anglia Apostolicum cum Ordinaria potestate ab Urbano VIII. Pontifice missum, Refractarium constituerint; quamquam de Smithio hæc est præclara Cleri Gallicani an. 1656. die 20. Decembris sententia. *Processʃ. Verbal. ejus an. pagin.* 1021. „ Urbanus VIII. Reverendissimum D. Richar-
„ dum Smithæum, virum, UT UNO VERBO GE-
„ NUS OMNE virtutis exprimamus, IRREPREHEN-
„ SIBILEM SUBSTITUIT, magno utique Christiano-
„ rum gaudio, sed brevi. Nam vix quatuor, aut quin-
„ que annos *Deo in spiritu servierat in Evangelio Filii sui*,
„ cum instantibus undique *periculis ex gentibus*, *periculis ex*
„ *falsis fratribus* ex Anglia in Galliam, tamquam in asy-
„ lum fugere compulsus est „.

nus laborasse, teneo: ut *dum veteres æmulationes, & odia privata desæviunt, nec innocentiæ probatissimi Sacerdotis* (1) Palafoxii, nec aliorum Antistitum, quorum ille meminerit, quique in pace Ecclesiæ decesserint, *parceretur*. Abi, tibique persuade, id me vehementer cupere, ut *operante* gratia illa *efficaci*, quam tamen negas, facias aliquando mentiendi, calumniandique finem.

XVIII. Kal. Jul. an. 1772.

(1) S. Leo Mag. Epist.XLV. al.XLIII. ad Anastas. Episcop. Thessalonicensem pag.187. Edit. Rom. an.1755.

EPISTOLA IX.

ALETHINUS PHILARETES

PSEUDO-ISIDORO

Recusatæ Reformationis Reo.

Sanitatem mentis.

I.

QUID istud rei est, quod de Sancyrano in carcerem conjecto, deque injuria, eam ob caussam, Ludovico XIII. Christianissimo Galliarum Regi a Palafoxio inlata mentire, novo usus

Objicit Accusator, injuriam a Palafoxio fuisse inlatã Ludovico XIII. Galliarum Regi ob conjectũ in carcerem Sancyranum.

usus calumniæ genere ? Sic enim loqueris : „ Il Cristianissimo Re Luigi XIII. fece
„ incarcerare a dì 15. Maggio 1638. il San-
„ cirano primo Patriarca dell'Ordine Gian-
„ senistico . Quali, e quante bestemmie non
„ furono allora da' fazionarj vomitate con-
„ tro la Maestà di quel Borbonico Principe ?
„ In questi si volle ancor segnalare il nostro
„ Servo di Dio : e così caldo, com'era di
„ sdegno, e di compassione per la disgra-
„ zia del suo amico, scrisse più libri, ed
„ alcuni ne stampò subitamente „. Hoc est : *Christianissimus Rex Ludovicus XIII. detrudi in carcerem fecit die* 15. *Maji*, *anno* 1638. *Sancyranum primum Patriarcham Ordinis Janseniani . Quot , qualesque blasphæmiæ non fuerunt tunc a factionariis jactatæ adversus illum Borbonium Principem ? In his distinguere sese Venerabilis noster Dei Servus voluit : qui ita , ut erat ardens ira , & in amicum ea calamitate pressum commiseratione , plures perscripsit libros , quorum aliquos continuo typis edidit* (1) .

Est item ea accusatio Pseudo - Isidoriana referta calumniæ . A Jesuitis , non a Pa-

II. Sunt hæc, ut cetera superiora tua , referta mendaciorum . Equidem plures Sancyrani studiosos conquestos de Cardinali Richelio, legi plerumque ; de Rege numquam . Ve-

(1) Pseudo-Isidorus *ibid.* §. *XII.*

Verum, age, peccarint Sancyraniani in Regem; non admodum restitero; sed peccasse Palafoxium, Sancyrani præsertim caussa, quibus tandem documentis perficies? Multis, inquis. Multis? Ne cunctare: ea mihi singillatim omnia extemplo numera. At non omnia sunt edita. Ut animo collibitum est tuo. Sit ita. Patiar. Libros illos: *que' più libri:* omnes editos, non editos, mihi abs te indicari volo, si nosti; sin minus nosti, quæ tam nefaria ista tua calumniandi libido est, ut quæ facta nescias (odium in Venerabilem Virum, quo ingenti flagras, expleturus) veluti facta objicere non vereare? Neque nosti profecto. Nam si nosses, non una illa Oratione contentus esses, quæ quinta est in earum serie, quæ hispanice sunt inscriptæ *Discursos Espirituales*; & in qua nihil de Sancyrano est; nihil de Ludovico Rege, quod in Sancyranum animadverterit. Verum hac de re paulo post differam. Nunc illud expedi: quis omnium primus eos *Discursos Espirituales* publicarit? Palafoxius ne? Ita tu quidem scribis. *Ne stampò*, inquis, *alcuni*. Ex aliquibus autem illis *Orationem* hanc quintam indicas. Sed vide, ut te impudenti illigaris mendacio. Jam tu

Iafoxio edita, laudataque fuerunt opuscula, quibus injuriam fuisse conflatam Ludovico, Pseudo-Isidorus jactat.

 qui-

quintam illam Orationem legeras in quarto novæ Matritensis editionis Operum Palafoxianorum volumine. Nam ad hanc provocas editionem. Eloquere, quid ad imam ejus voluminis paginam 438. legeris. Nihil heic est circuitione opus. Hoc legisti: *Estos discursos (con algunos, que se han repartido en otros tomos) los diò el primero a luz en Madrid año de 1641. el R. P. Juan Antonio Velasquez Provincial de la Compañia de Jesus.* ,, Hasce orationes (cum aliquot aliis, ,, quæ distributæ in alios tomos sunt) pri- ,, mus in lucem edidit Matriti Rev. P. An- ,, tonius Velasquez Provincialis Societatis ,, Jesu ,,. Hoc vero cum legeris, cur dissimulasti? Cur tacitus præteristi, nisi ut Palafoxium (qui composuerit Orationem illam) culpans, culpasse una Velasquesium, qui ediderit, non viderere? Verumtamen ne spera, dissimulationem istam profuturam tuis; Palafoxio autem obfuturam. Si quid enim pravi in ea esset Oratione, non tam Palafoxio crimini esset vertendum, qui eam, ex Hispania in Americam decedens oblivioni tradiderit; quam Velasquesio & Jesuitæ, & Præfecto Provinciæ Castellæ Jesuitarum, qui eamdem non dubitarit in lucem producere, Jesuitis probantibus. Quid enim

enim Jesuitarum unus probet, quod non omnes probent? Quanto autem magis Jesuitæ omnes probent, quod probarit is, qui Rector primum Collegii Salmanticensis jussu Præpositi Generalis fuerit; deinde Præfectus Provinciæ Castellæ? Jam vero ecquid illæ Provinciæ Præfectus designavit, quid paravit, quid scripsit? Collegit *Discursos Espirituales*, quos Palafoxius ab se compositos abiens deseruerat; collectos autem dicavit Elisabethæ Borboniæ Hispaniarum Reginæ; ac celebravit laudibus; celebratosque commendavit memoriæ hominum sempiternæ. „ Ofrezco (*inquit Reginam alloquens Epist. dedicat.*) ofrezco a V. M. „ con humilde confianza ESTOS DISCURSOS ESPIRITUALES del Obispo „ de la Puebla de los Angeles á quien atenciones precisas del servicio de Dios, y „ del Rey nuestro Señor en los Reynos de „ Megico obligaron a que, al passar el mar, „ LOS OLVIDASSE a la orilla, que pues „ el desamparo en que quedaron per la „ pronta obediencia de su Autor, ha solicitado en el affecto de sus amigos el cuidado de recogerlos; mui cierto es, que „ tambien despiertará en la Real benignidad „ de V. M. la piedad de acogerlos, ampa-

 ran-

,, randolos en el sagrado de su proteccion,
,, para que assi logren el cariño, a que supo
,, negarles el zelo mas eroico de su dueño,,.
Quæ latine reddita huc plane recidunt: *Offero Majestati Vestræ Orationes hasce Spirituales Episcopi populi Angelorum, quem justa studia serviendi Deo, Regique Domino nostro in Regnis Mexici adstrinxerunt, ut proficiscens, ad littus eas,* OBLITUS IPSARUM, *desereret: quæ quidem Orationes, post derelictionem illam, in qua (ob promtam auctoris sui obedientiam) inciderant, curam in amicorum ejus affectu, ipsarum colligendarum commoverunt: certumque est fore, ut excitent etiam in Regia benignitate vestra earumdem sinu suo excipiendarum pietatem, ita, ut asylum in protectione Vestra inveniant, recuperentque hoc modo amorem, ac studium, quod iisdem Domini ipsarum zelus negare non dubitavit.* Viden, ut Jesuitarum Provincialis an. 1641. *desertas* ab hero suo orationes illas collegerit; utque dignas studio putarit; eamque ob caussam Reginæ, quæ e Gente inclita Borboniorum erat, dicaverit? Quid? Jesuita ne orationes illas colligendas, celebrandas, divulgandas existimasset, in quibus pro Sancyrano ageretur, cujus Sancyrani (ob vindicias Petro Aure-

relio adſcriptas) eo præſertim tempore, ſine execratione, ne nomen quidem commemorandum Jeſuitæ arbitrabantur? Ab Jeſuitane, dices, dicatum fuiſſe Reginæ Borbonicæ opus, in quo Borbonicus Rex exagitaretur Sancyrani Antijeſuitæ cauſſa? An adeo incautum fuiſſe Provinciæ Jeſuiticæ Præfectum illum exiſtimas, ut non animadverterit, pro quo, contra quem in oratione quinta Palafoxius diſſeruiſſet? Quis hoc credat, qui præſertim norit, quam egregii ſomniatores ſitis, ut Janſeniſmum vos in eorum etiam libris deprehendiſſe vociferemini, qui perquam longiſſime ab Janſeniſmo abhorreant? Quod ſi minus fuiſſet cautus Velaſqueſius; fuiſſet ne etiam Auguſtinus e Caſtro, item Jeſuita, & Orator ſacer Regis Hiſpaniarum? Quid is? Annon *Divina providentia factum*, ſcribit, ut Palafoxius in Americam navigaret, quo Sermones, ſeu *los Diſcurſos Eſpirituales* a Palafoxio ipſo *occultati*; *zelo, atque induſtria Velaſqueſii Rectoris Collegii Regii Salmanticenſis Societatis Jeſu colligerentur, ederenturque in lucem, atque inſtar theſauri pretioſi eſſent doctrinæ cæleſtis, & imaginis ad vivum exprimentis ſpiritum, heroicaſque virtutes auctoris ſui vere hominis Dei?* Tenes, quid hic al-

alter, tanta apud vos existimatione doctrinæ, statuerit. Non est opus tertio, quartove. Nam nihil a vobis publicari constat, quod non a duobus saltem Theologis vestris expensum ante diligentissime fuerit. Quid nunc ais? Thesauri ne pretiosi loco habitum a tuis fuisset opus, quo & defenderetur Sancyranus, & Ludovicus XIII. Rex Galliarum injuria vexaretur? Alterutrum deligendum est tibi: aut enim affirmes necesse est, aut neges. Si affirmes; non tam Palafoxium, qui occultandos *Discursos* illos *Espirituales*, vobismet testibus, *oblivioneque* conterendos putaverat; non tam Palafoxium dico, quam vos, qui *Discursos* ipsos *Espirituales* edidistis; qui celebrastis, uti *doctrinæ cælestis pretiosum thesaurum*; qui Reginæ veluti *pretiosam margaritam* dedicastis; vos, inquam, patrocinio Sancyrani suscepto, reos læsæ Ludovici XIII. Majestatis fuisse fatebere (1): sin neges, dabis invi-

(1) Jesuitas Hispanos, fortasse Pseudo-Isidorus dicet, id fuisse ausos scribere; non Italos, non Gallos. Ridiculum! Quasi vero non omnium sit in iis probandis, quæ unus aliquis ipsorum, Præposito Generali non repugnante, probarit, summa consensio. Recte sane Boonenius Archiepiscopus Mechliniensis, cùm ex Belgis Jesuitis petiisset, ut, si fieri ipsis audiendarum confessionum potestatem vellent, articulos quosdam laxioris ethicæ publice se detestatu-

vitus, quod Opus, vestra olim opera editum; vestra fide uti plenum veritatis, bonæque frugis judicatum, laudatum, commendatum posteritati est; idipsum deinceps (proptera

staturos profiterentur; neque quidquam profecisset ad Sacræ Rom. Inquisit. Cardinales 17. Jul. an. 1654. scripsit: „ Mais
„ jusques icy je n'ay receu aucune responce ny d'eux, ny de
„ leurs superieurs, si ce n'est, que l'un d'entre eux que je
„ croy estre un professeur de Louvain me dit, que leur So-
„ cieté a fait imprimer EN FRANCE quelques uns de ces
„ articles; mais que cela ne regarde POINT LES FLA-
„ MANS. A quoy je luy respondis que LEUR COU-
„ STUME N'ESTANT PAS DE PERMETTRE L'
„ IMPRESSION DES LIVRES FAITS PAR CEUX
„ DE LEUR COMPAGNIE SANS AVOIR AUPA-
„ RAVANT ESTE' APPROUVEZ PAR TROIS DE
„ LEURS THEOLOGIENS NOMMEZ PAR LEUR
„ PROVINCIAL, ON NE PEUT DOUTER QUE
„ TOUTE LEUR SOCIETE' NE TINT POUR PRO-
„ BABLE CE QUE TANT DE THEOLOGIENS,
„ OUTRE L'AUTEUR DU LIVRE, AUROIENT
„ JUGE' QUE L'ON POUVOIT DONNER AU PU-
„ BLIC „. Quod si interdum probare se negent, quæ Itali ipsorum, vel Galli, vel Hispani probent; verbo quidem negant, re autem vera non item. Qua certe ratione, ut regionum, ita est apud eos, non re, ut dixi, sed verbis, sententiarum varietas. Sin vero quandoque re ipsa mutant sententiam, omnes mutant, ut tempora sciscunt, quibus unice servire videntur. Probabant illi quidem, quæ a Gondrinio dicebantur, priusquam is Antistes jussisset, ut ne quem expiare pænitentiæ sacris auderent; nisi impetrata ante ab ipso in scriptis facultate; postmodum autem tam non probabant, ut ea aversarentur, atque etiamnum dicant, hæreseos fuisse notanda nomine. Idipsum contigit Palafoxio. Nam quæ illius scripta tantopere laudarant, eadem [post ubi ille jus suum lædi passus non est] vituperarunt, vituperareque pergunt, quasi injuria sint perscripta Regis, Gentisque Gallorum &c.

rea quod Palafoxius vos in jura Episcopalia invadere conantes repreſſerit) veſtra calumnia velut a Palafoxio eodem, non a vobis productum in lucem exagitari cœpiſſe; veſtra perfidia repudiari, quaſi & religioni inimicum ſit, & in Chriſtianiſſimum Regem contumelioſum. Ita vos omnia commodis veſtris metimini, ut quæ ab amico profecta ſint, bona ſint vobis, orthodoxa, pia; eadem futura mox mala, hæretica, impia, ſi amicus ille eſſe, judicio veſtro, deſierit.

Nihil eſt in ea Palafoxii Oratione pro Sancyrano adverſus Regem Galliæ Ludovicū XIII.

III. At negari, inquis, non poteſt, loca eſſe quædam in ea Oratione pro Sancyrano adverſus Ludovicum Regem. Hortare porro, ut octavum numerum Orationis ejuſdem quintæ diligenter legam. Equidem miror, tam tibi eſſe perfrictam frontem, uti te ipſum hortationis iſtius non pudeat. Nam conſtat ſcilicet, ſi quid mali in eo, aliiſque numeris ejus orationis eſſet, veſtra culpa fuiſſe futurum; quemadmodum modo veſtrum eſt ſcelus, quod vos edidiſtis, Palafoxio exprobrare, quaſi non vos, ſed ille ediderit. Verum miſſa hæc faciam. De octavo illo numero (1), geſſi tibi morem. Vidi, ut juſſeras; at in eo nonnulla adver-

ſus

(1) *Tom. IV. Opp. Edit. Matrit. an. 1762. pag. 520.*

ſus tragœdorum nænias reperi; nihil pro Sancyrano, nihil contra Ludovicum Regem. Confugis mox ad numeros XII. & XIII.. Hos quoque contuli; ſed in priore (1) de Chriſtianorum diſſenſionibus, quæ ipſos dedeceant, agi animadverti; de Sancyrano autem, deque Rege Ludovico non item. In altero, ut & in 14. de infortuniis Proteſtantium quorumdam Principum diſſeri, cognovi; de Ludovico vero XIII. Sancyrani præſertim cauſſa, nullo modo (2). At con-

(1) Ivi pag. 523.

(2) Ivi pag. 523. Pſeudo-Ambroſius *Reſponſionis ad Schiaræ Epiſtolam* Auctor (cujus Reſponſionis Interpres Italus fingebatur Pſeudo Iſidorus) Pſeudo-Ambroſius inquam, norat, mala ab ſe fide numeros hoſce Orationis quintæ Palaſoxianæ fuiſſe notatos, itaque Reſponſionem eamdem typis excuſurus, aliam ſibi indicandorum locorum Palafoxianorum rationem ineundam cenſuit, fallacem item, at quæ apta Lectoribus implicandis eſſe videretur. Itaque *Orationem illam* v. *Hiſtoriamque Obſidionis &c. Fontis Rabiæ* miſcens, quaſi unum idemque opus conſtituant (hiſpanica ſcriptione ſtribiliginum plena) commemoravit, nulla numerorum, paginarumve mentione facta, ratus lectores, quidquid erroris in Palafoxianis operibus indicandis eſſet, imperitiæ typographo adſcripturos, intereaque mentienti Pſeudo-Ambroſio adjuncturos fidem. Quare *pag.* XII. *not.*c. ſic habet: „ Diſcorſo 5. del Trátado de Diſcurſos ſpirituales „ del Sitio, y ſoccorſo de Fuente „. Verum quidem eſt *pag.* XIII. indicari ab eo: *il diſcorſo Breve ſopra le miſerie della vita pag.* 81. 83. & 84. ſed eſt item verum, editionem, non indicari, cujus paginis 81. 83. & 84. ea quæ memorat, contineantur. Ita omnia ſunt in ejus Reſponſione propoſita fraude, doloque malo. Quid? Si ad Indi-

conquerítur, inquis, num.xxi. de Rege. Quam ob rem? Ob conjectum ne in carcerem Sancyranum? Hoc tu quidem confidenter affirmas, at mendaciter, more tuo. Viceris, si modo, a primo ad extremum, numerum ullum repereris, in quo aut syllaba sit, aut indicium de Sancyrano, ejusque opinionibus. Sed nullum te inventurum, certo scio. Itaque manet, eum te perpetuo haberi oportere, quem te ipsum jam usque ab initio præbuisti, mendacem, atque calumniatorem.

Pseudo-Isidorus Palafoxiū carpit, quod questus fuerit, inita ab Ludovico Rege fuisse fœdera cum hæterodoxis, qui tantum afferrent detrimentorum tēplis, Religionique Catholicorum.

IV. At queritur Palafoxius, fœdera ab Ludovico cum Svecis, cum Batavis, cum Genevensibus &c. heterodoxis inita adversus Austriacos Hispanos, & Germanos sane Orthodoxos. Commemorat direpta a fœderatis hisce altaria, incensa templa, sacerdotes extinctos, conculcatam religionem. Quid plura? Persequutorem Ecclesiæ Ludovicum vocat, atque ab eo, qui gentis Borbonicæ decus, studiosissimusque Apostolicæ Sedis

dicem IV. Voluminis operum Palafoxianorum provocet, ad Titulum: *Francesi*: cum tamen in eo indice IV.Tomi Edit. an.1762.ne Tituli quidem *Francesi*: vestigium extet ullum. Atque ejus Editionis Tomum IV. indicari a Pseudo-Ambrosio, perspicuum est, cum Tomo eodem *los Discursos Espirituales* contineantur. Scilicet Adversarii similes sunt semper sui, numquam ut agere bona fide velint.

dis fuit, datam, ait, fuisse operam, ut ex orbe terrarum universo pietas in Deum omnis exterminaretur. Huc nimirum tua recidit accusatio.

V. Verum 1. quid hæc ad institutum? Nos enim de Jansenismi nota, Palafoxio ne inurenda sit, quærimus. Cum hac vero ecquis est nexus, ecqua colligatio isti accusationi tuæ? Si autem nulla, ut nulla revera, est, cur sic accusas, nisi ut satisfacias furori, quo vehementi in Virum Venerabilem agitare? 2. Fac ad rem accusatio ista pertineat, falsum id quidem, verumtamen patiar, ut pertineat, quos ea præcipue attinget, Palafoxium ne, qui Orationem illam, etsi scripsit, *occultandam* tamen, atque supprimendam, ut vidimus, duxerat; an vos, qui eam primi omnium in lucem hominum protulistis, magnifice prædicastis, dignamque judicastis, quæ Augusto Elisabethæ Reginæ Borboniæ nomini ad immortalitatem consecraretur? 3. Quis non intelligat, te inveterato odio concitatum, propterea quod ratione labefactare Venerabilis Viri caussam nequeas; opprimere conari argumento ab invidia ducto, quo fingi nihil homine libero potest indignius, cum ad demonstrandam accusa-

Hæc accusatio ad institutum nostrū non pertinet. Nos enim de OrthodoxiaPalafoxii agimus. Quod si etiam pertineret eadē accusatio ad institutū; tamen ejus injuriæ erunt Jesuitæ rei, non Palafoxius. Quamquam nihil dictum a Palafoxio de Rege Ludovico est, quod nulla injuria, dictum perinde a Sancto Ambrosio fuerit deTheodosio Seniore Augusto, Pio in primis, justoque Principe.

sa-

ſatoris malignitatem aptiſſimum ſit; ad id vero, quod velis, obtinendum leviſſimum? Nam quid hinc tibi commodi polliceare? Solutior enim, liberiorque a præjudicatis opinionibus magnanima, ſapienſque Gallorum natio eſt, quam ut ineptiis iſtis tuis commoveri in Venerabilem Virum poſſit. Quæ ſane tam inclita natio, ſiquid etiam Palafoxio, non adhuc tam ætate maturo, neve Epiſcopo, excidiſſet, tunc præſertim, cum bellum inter Hiſpanos Galloſque ferveret; non tamen æque attendendum judicaret, ſi præſertim quo animo id ipſi excidiſſe ſciret, nempe non odio in Gallos, non malevolentia in Regem Ludovicum, ſed uno ſtudio Catholicæ Religionis, quam imminui fœderibus cum hæreticis, inque regionibus quibuſdam extingui penitus audierat. 4. Age vero, ecquid ſcriptum de Ludovico a Palafoxio eſt, quod non perinde ſcriptum ante de Valentiniano Seniore ab Sancto Hilario Pictavienſi, de Mauritio Imperatore a Sancto Gregorio Magno, de ſuo Rege a S. Bernardo, de Theodoſio Seniore pio in primis, atque optimo Principe fuerit ab Ambroſio? Hoſce ne Doctores odio in Romanos, Galloſve, aut malevolentia in

eos

eos Orthodoxos Principes scripsisse dices? Ambrosium ne defendes, delendum esse e numero Beatorum? Non audebis, opinor. Quid igitur? Nihil ne ab Ambrosio detractum de existimatione virtutis Theodosii, statues; detractum contra plurimum a Palafoxio de laudibus justitiæ Ludovici? Verum quibus tu argumentis id discriminis genus constitues? Ambrosius ecce post ubi honorifice de Theodosio paucis egit, tum ad jussa quædam ejus descendens, ipsa vehementer improbat. Animadvertit, eos, qui jussis iisdem obtemperarint, prævaricatores fore; qui restiterint, Martyres. Utrumque horum persecutionis instar esse, monet; utrumque alienum a Principis Christiani temporibus. Comitem Orientis jussis ejusmodi insistentem, prævaricatorem item futurum. Mox autem addit: „ Et huic ve-
„ xilla committes victricia, huic laba-
„ rum, hoc est Christi sacratum nomi-
„ ne, qui Synagogam instauret, quæ Chri-
„ stum nesciat? ... Erit igitur locus judæo-
„ rum perfidiæ factus de exuviis Ecclesiæ,
„ & patrimonium, quod favore Christi
„ adquisitum est Christianis, hoc trans-
„ feretur ad donaria perfidorum.. Sed di-
„ sciplinæ te ratio Imperator movet. Quid

„ igitur est amplius, disciplinæ species, an
„ caussa religionis? Cedat oportet censu-
„ ra devotioni . . . Incensæ sunt Basilicæ
„ Gazis, Ascalone, Beryto, & illis fere
„ locis omnibus, & vindictam nemo quæ-
„ sivit: incensa est Basilica Alexandriæ a
„ Gentilibus, & Judæis, quæ sola præsta-
„ bat ceteris: Ecclesia non vindicata est,
„ VINDICABITUR SYNAGOGA? . .
„ Artes istæ sunt Judæorum volentium ca-
„ lumniari, ut dum ista quæruntur, man-
„ detur extra ordinem militaris censura
„ judicii: mittatur fortasse miles dictu-
„ rus, quod hic aliquando, ante tuum,
„ Imperator, dixit adventum: Quomodo
„ poterit nos Christus juvare, qui pro
„ Judæis adversus Christum militamus?
„ Qui mittimur ad vindictam Judæorum?
„ Suos perdiderunt exercitus, nostros vo-
„ lunt perdere „. Hæc Ambrosius in Epi-
stola XL. ad Theodosium. In Sermone au-
tem, quem publice habuit, quemque de-
inde Epistola XLI. ad Sororem comprehen-
dit, de Imperatore acturus: „ Ego (*in-*
„ *quit Dei nomine*) tibi feci etiam alie-
„ nigenas subditos, ut tibi serviant,
„ qui te impugnabant, & tu servientes
„ mihi in potestatem deduces inimicorum
meo-

„ meorum: & tu auferes, quod erat ſer-
„ vuli mei, in quo & tibi peccatum inu-
„ ritur, & habebunt, de quo mei adver-
„ ſarii glorientur? „ Confer nunc, mi
homo, quæ comprehenſa ſunt a Palafo-
xio Oratione illa quinta. Annon Ludovi-
cum Regem, ut *illuſtrem filium Eccleſiæ*,
ab ſe ille *venerabundo* coli (1) *profitetur*?
Annon *finem*, quo is Rex agebat, *ju-
ſtum* eſſe poſſe teſtatur Palafoxius (2),
quemadmodum Ambroſius Theodoſii di-
ſciplinam ſpectantis finem non reſpuebat,
etſi reſpuebat media, quibus eum finem ſe
conſequi Imperator ſperabat? Quod au-
tem queratur Palafoxius, ab Rege arma
cum Proteſtantibus juncta, inita fœdera,
ſummiſſa auxilia iis, qui aras Catholico-
rum everterent, diriperentque, atque in-
cenderent templa, Sacerdotes perimerent,
trophæa in ſubactis provinciis erigerent
ſuperſtitionis ſuæ, Orthodoxam religio-
nem abolere conarentur; quod hæc, in-

 quam

(1) *Serm. V. de las Miſerias de la Vida n.* 180. *pag.* 529.
„ HIJO ILUSTRE DE LA IGLESIA, A QUIEN ... CON PRO-
„ FUNDA VENERATION REVERENCIO; LA IGLESIA DE
„ QUIEN CREEIS SER PRIMOGENITO, perſiguen vueſtros
„ Miniſtros, profanan vueſtros ſoldados, aſeluan vueſtros
„ exercitos. Quando fueran JUSTOS, O TOLERABLES LOS
„ FINES, MIRAD, O REY GLORIOSO, que ſon iniquiſſi-
„ mos los medios „. (2) Num. *eodem ſqq.*

quam, queratur; quod ob exercitus creditos ducibus iis, (1) qui bello non hostem Patriæ, sed Catholicam Religionem reipsa persequerentur, lædi gloriosum Regis Christianissimi nomen expostularit; cur dandum crimini Venerabili Palafoxio est; laudi contra tribuendum Ambrosio, qui paria de Theodosio Seniore scripsisset? Non ægre profecto inclita natio Gallorum feret, ut Ludovicus XIII. (2) par habeatur Theodosio Seniori justitiæ nomine; neque deripi quidquam de Ludovici pietate Palafoxii conquestione putabit, ut quæ certo norit, auctam, non imminutam Theodosii pietatem redargutione Ambrosii. Neque vero Palafoxius *persecutorem Ecclesiæ* usquam vocavit Ludovicum, velut ipse calumniare; sed eos, quibuscum

(1) *Num. XXI. sqq. pag. 526. sqq.*

(2) Par Constantino Magno, par Valentiniano Seniori, par Arcadio Augusto, de quibus tamen Athanasius, Hilarius, Johannes Chrysostomus, Hieronymus sanctissimi Viri conquesti sunt, qua de re alias. Atque Palafoxius, etsi fœdera cum Protestantibus non probat; Ludovicum tamen appellat gloriosum, excelsum, Christianissimum, sanctum, ac justum Principem, *Serm. illo V. n.* 20. & 21. ut in Appendice hujus Voluminis II. ad §. XIII. ostendemus, quo loco refellemus Accusatoris Pseudo-Ambrosii animadversiones, demonstrabimusque, qua fide, quam mala, in pejorem partem verba Venerabilis Viri contorserit.

cum fœdus (2) fuisset ab Gallo initum, ut Svecos, ut Batavos, hostes fuisse, persequutoresque nominis Orthodoxi monuit. Quid hæc, si tam impie, scelerateque a Batavis, a Genevensibus, a Ducibus exercitus Gallorum gesta in sacra Orthodoxorum essent, ut gesta fuisse, aliquot historicorum est traditum monumentis, probanda ne esse arbitrarere? Nempe hoc etiam restaret, ut, cum te Catholicum profiteare; tum oblitus Instituti tui, & Religionis, modo Palafoxio confletur invidia, res ejusmodi judicares esse omnino probandas tibi. Quod si non modo improbandas, sed etiam deflendas putas, si gestæ fuissent; at falso narratas fuisse censes; cur non excusas hominem; cur non dicis, creduli fuisse iis fidem adjungere; deflere autem viri catholici religionis studio incensi, cujusmodi fuisse Palafoxium constat; cur, inquam, hoc non dicis; sed ista improbare, atque deflere, fuisse maligni, ac furore concitati scribis? Annon ita statuens & malignum te prodis, & furentem odio in hominem immerentem. At datam animadvertit Palafoxius ab Ludovico XIII. operam, ut omnis ex orbe terrarum univer-

 so

[3] Ibid. n. XXII. pag. 527.

ſo exterminaretur religio (1). Potin es umquam modum mentiendi facere? Quod de Au-

(1) Sic enim objicit Pſendo-Iſidorus §. XII. „ Scriſſe „ di Luigi, onore della Regal famiglia Borbonica, e at„ taccatiſſimo all'Apoſtolica Romana Sede, che avea egli „ moſſo ogni Pietra per DISTRUGGERE NEL MON„ DO OGNI RELIGIONE. E tanto STAMPO' un „ Palafox ad intendimento di vendicare l'affronto, ch'egli „ contra ogni legge credea fatto da quel Religioſiſſimo „ Monarca alla ſacra perſona del ſuo Sancirano. Che ſe „ queſto non è patrocinare i Gianſeniſti, coſa mai ſarà. „ E chi ebbe animo d'impugnare la penna e prenderſi „ vendetta di una ingiuria creduta da lui fatta a uno „ del ſuo partito, e divulgar colle ſtampe mille impro„ perj contro il maggior Monarca del Mondo Cattolico, „ non ſarà ſtato poi capace di adottare le maſſime, e le „ dottrine in una Paſtorale, e ſpargere quel Gianſeniſmo, „ ch'eragli tanto a cuore eziandio a coſto della propria „ vita „? Hæc ille, quæ mox videro, ut ſint referta calumniæ. Nam 1. eo conſilio ſcripſiſſe Palafoxium, affirmat, ut injuriam ulciſceretur, quam ab Rege fuiſſe Sancyrano illatam exiſtimabat. Id vero undenam efficere nebulo poterit, cum nulla Sancyrani ſit non modo in Collectione *de los Diſcurſos Eſpirituales*, ſed ne in ceteris quidem operibus Palafoxii mentio? Deinde ſi Sancyrani vindicandi cauſſa ſcripti *los Diſcurſos Eſpirituales* fuiſſent, quo demum modo editi, celebratique fuiſſent ab Jeſuitis, qui angue pejus, & cane Sancyranum oderant? 2. Sermones illos *eſpirituales* a Palafoxio typis editos fuiſſe, Pſeudo-Iſidorus ait; STAMPO', *inquit*. At id falſum eſt; nam ut vidimus, typis editi Sermones iidem fuerunt ab Jeſuitis, dicatique Reginæ, quæ e Sereniſſima erat Stirpe Borboniorum. 3. Hoc eſſe, addit, patrocinium ſuſcipere Janſenianorum. Id ſi ita fuiſſet, Jeſuitæ certe, qui Editores fuerant, Janſenianorum patrocinium ſuſcepiſſent, quod ne Pſeudo-Iſidorus quidem ipſe concesſerit. 4. *Paſtoralis* Epiſtolæ meminit, de qua ſcribenda, cum ſermones illos

Austriaco nomine Palafoxius scripsit , qua tu fide traducis ad omnem religionem ? Sed modo tu Palafoxianæ caussæ nocere possis ; non laboras , si miscere , si turbare , si per-

 ver-

los componeret , Palafoxius non cogitarat . Qui enim cogitasset , si tunc ne suspicabatur quidem , sese Episcopum futurum ? 5. Jansenismum Epistola illa *Pastorali* comprehendi rursum Pseudo-Isidorus jactat ; etsi id sit manifesto falsum , ut ostendimus in priore nostra ad Angelopolitanos Epistola . 6. *Scripsisse* Palafoxium , Sycophanta narrat , *nullum* ab Ludovico XIII. Gallorum Rege *motum non fuisse lapidem , ut omnem in mundo destrueret Religionem* . Atqui hoc idem nebulo narrat per summam calumniam . Quod enim Vir Venerabilis de Austriaca gente scribit , hoc idem impostor Pseudo-Isidorus ad *omnem* contorsit *religionem* . Atque de *Austriaca* quidem gente , quam ædificium vocarit Religionis Christianæ ; non vero de Religione Christiana ipsa Palafoxium agere , ex Oratione illa v. *num.* 30. quem numerum item Sycophanta indicat , plane liquet . Sunt enim hæc Venerabilis Viri verba .
„ Que pedras no ha movido en el mundo esta corona
„ para deshacer el augusto edificio de la Religion Christia-
„ na , el nombre de Austria ? „ Hoc est: „ quem non mo-
„ vit hæc corona lapidem ut augustum Religionis Chri-
„ stianæ ædificium , Austriacum nomen destrueret „ ? Qua in re rursum Pseudo-Ambrosii fidem desidero , qui particulam & adjunxit de suo , ut qui legant , existiment non modo Austriaco nomini , sed etiam Religioni Christianæ bellum fuisse a *Corona* Galliarum indictum , Palafoxii opinione . Sic enim Palafoxii verba italice reddidit : „ Quali pie-
„ tre , non ha mosso questa corona per guastar l'augusto
„ edifizio della Religione CATTOLICA , E IL NO-
„ ME DELLA CASA D'AUSTRIA „ . Viden ut τὸ & Sycophanta addiderit arbitratu suo , cujus particulæ in contextu Palafoxii ne vestigium quidem compareat ? Jam quæ Vir Venerabilis deplorat , audierat prædicari a suis , acceperatque ab aliis litterarum mandata monumentis , nihilque suspicatus doli , vera esse crediderat .

vertere omnia; ac miscendo, pervertendoque, *impostor* esse, atque sycophanta videare. In Commentariorum de Obsidione Fontis Rabiæ Libro quidquid Palafoxius scripsit, ut Regis sui imperata faceret, non ut ingenio indulgeret, scripsit. Itaque postquam is Liber expensus diligenter est, editus non a Palafoxio fuit, sed ab aliis, jussu Regis. Quare quidquid in Venerabilem Virum contumeliarum jacis, in Regem tu quidem jacis, non modo ut in immemorem, ignarumve erga ceteros Reges officiorum; sed etiam ut in imprudentem, ut in maledicentissimum, ut in ferocem. Scilicet vestra demum erat doctrina, atque institutione opus, uti Reges, quid officium ferat, pernoscerent, deponerentque ferociam.

CarmelitæExcalceatiMatritenses redarguendi nullo modo sunt, quod Historiã Palafoxii de *Obsidione &c. Fontis Rabiæ* rursum typis excudi curaverint. Cur id factum Carmelitarum Accusator improbet?

XV. Quod de Carmelitis Excalceatis Matritensibus quereris, qui id *de Obsidione &c.* Palafoxianum opus novis typis excudendum curaverint, nihil moror. Non enim video, cur secus agere debuerint ii, qui opus idem ab Rege olim suo Philippo IV. publicatum fuisse cognoscent; cum præsertim & vos urgeretis, & Sacra Congregatio juberet, ut quæcumque scripta fuissent a Palafoxio, diligenter expenderen-

rentur; id quod fieri commode, nisi editis rursum omnibus, nequivisset. Sed hoc jamdiu consuestis, ut modo furori, quo in aliquem feramini, satisfaciatis; non dicta, non postulata vestra, non fides, non religio vobis sit cordi; sed eadem etiam ipsa, quæ vobis ipsis petentibus, instantibus, urgentibus cœpta, tractata, perfecta sunt, per summam perfidiam rapiatis in pejorem partem. Ecquid porro in opere illo Palafoxiano est in Regiam Domum Borboniam contumeliose scriptum? Nihil omnino. Nisi forte, arguendus ille sit tibi maledicentiæ nomine, qui dicta aliorum commemoret more Historicorum. Quo certe si tua ista pertinet accusatio, historicus tibi non maledicentissimus nullus erit. Verum quid tuas istas nænias persequor, quæ ut te dignæ sunt, sic sunt indignæ, quæ a sano aut refellantur, aut memorentur? Abi, ac desine tandem in hominem *ad Dei Gratiam pertinentem* furere. Nam sic habeto: Si desieris, te, si minus commodis tuorum, at prospecturum tamen saluti sempiternæ tuæ.

xv. *Kal. Jul.*

EPI-

EPISTOLA X.

ALETHINUS PHILARETES

PSEUDO-ISIDORO

Indigne reformationem ferenti,

Sanitatem mentis.

I.

Palafoxiũ Accusator expertem mansuetudinis Christianæ fuisse scribit, nixus, uti mentitur, Sacræ Angelopolitanæ Congregationis auctoritate.

RUrsum in aliam me quæstionem vocas. Ferox, inquis, ingenium secum Palafoxius ad Episcopalem thronum extulit. Verum fac, detur id tibi; an erit inde consequens, Venerabilem Virum aut fuisse Jansenianum, aut cum Jansenianis amicitiam conjunxisse? Ecquem non amentem futurum speras, cui ista probari possit tam absurda concludendæ sententiæ ratio? Sed age, probari possit, quibus demum argumentis Palafoxii ferox ingenium fuisse statues? Confugis tu quidem ad Congregationis auctoritatem. Sacra Congregatio, inquis, cui datum a Pontifice negotium expendendæ caussæ Angelopolitanæ fuerat, satis ad Palafoxium graves die 16. Aprilis ann. 1648. litteras dedit, quibus ipsum acriter redarguens hortata est, monuitque, uti sibi ante oculos proponeret, *non heroicam qui-*

quidem illam, quæ *ad Sanctos constituendos requiritur*; sed *simplicem mansuetudinem*, *quæ cuique Christiano est necessaria*. Atque hæc sane fuit Sacræ Congregationis sententia: „ Ceterum Sacra Congre-„ gatio serio in Domino hortatur, ac mo-„ net Episcopum, ut Christianæ man-„ suetudinis memor erga Societatem Je-„ su, quæ laudabili suo instituto in Ec-„ clesia Dei tam fructuose elaboravit, ac „ sine intermissione laborat paterno se ge-„ rat affectu, eamque in regimine Eccle-„ siæ suæ perutilem adjutricem agnoscens „ benigne foveat, ac pristinæ suæ benevo-„ lentiæ restituat „. Ut autem Palafoxius dicto audiens fuerit, intelligi plane poterit ex iis litteris, quas insequenti anno ad Innocentium X. adversus Societatem Jesu dedit. Hactenus tu quidem.

Jesuitæ ad an. 1649. de caritate virtuteq; Palafoxii secus sensere, atque Accusator sentiat.

II. Sed quam licenter, quamque fallaciter? Profecto, nihil in Congregationis verbis de *feroci ingenio* est, quod Vir Venerabilis ad Episcopalem thronum secum attulerit. Contra vero Jesuitæ ipsi ad annum 1646. sensere. Nam (1) anno 1641. Jo-

(1) Extant ejusmodi monumenta omnia in *Defens.Canonica* Palafoxii *n.* 772. *sqq. pag.*451, *sqq. Tom. XII. Opp. Edit. Matrit. an.* 1762.

Johannes Antonius Velasquesius Præfectus Provinciæ Castellæ Jesuitarum, *flagrasse* Palafoxium testatur *ardenti desiderio Divinæ gloriæ, perfunctumque diligenter munere Episcopali fuisse*. Augustinus a Castro item Jesuita, *heroicis* Palafoxium *virtutibus* claruisse, scribit, *arsisse caritate, vereque hominem fuisse Dei*. Anno 1642. Andreas de Valentia perinde Jesuita *Zelum* Palafoxii commendavit. Anno 1645. Johannes Eusebius Nierembergius vir apud Sodales suos singulari existimatione doctrinæ, atque virtutis, Palafoxium alloquens. „ Cum, *inquit*, nulli adstrictus „ religioso Ordini sis, omnium Ordinum „ instituta colis: immo ideo nulli adstringeris, ut omnes amplectaris, QUOS „ SANE AMPLECTERIS AFFECTU, „ IMMO DIXERIM ET EFFECTU, NON „ MODO AMORE, SED OBSERVANTIA: Tui ERGA RELIGIOSOS ORDINES AFFECTUS, ET REVERENTIÆ TESTIS SUM. SÆPIUS INTER NOSTRA OLIM COLLOQUIA „ OBSERVAVI, QUAM REVERENTER RELIGIONES OMNES SUSPICERES; SÆPIUS, QUAM FERVIDE IMITARERIS &c. „. Quin etiam

Pau-

Paulus Serlhogus, quo nemo ſtudioſior fuit, ut Societatis, ita opinionum Molinianarum: „ Inter aulæ lenocinia, *inquit*, non
„ effœta jam ſenectute, at vigentis ævi
„ medio, & florentiſſimo curſu Monacho-
„ rum æquaſti ſtudia: horæ ad meditan-
„ dum multæ, & continuæ: jejunia, dura
„ cubatio, adverſus omnem licentiam ſe-
„ vera caſtigatio, moderata ſupellex, in
„ pauperum miſerandam egeſtatem com-
„ paſſio, & ſupra fortunæ quamquam opu-
„ lentæ, & nobilis vires effuſa largitio ..
„ Habeo iſtarum rerum multos, & graviſ-
„ ſimos teſtes: Habeo Matritenſem nume-
„ roſum populum: Habeo per Hiſpaniæ
„ Regiones vagatum rumorem, quæ licet
„ modeſtiæ tuæ gravatura verecundiam per-
„ timeſco; malui tamen hujus ſubire me-
„ tum formidinis, quam a debita TAN-
„ TÆ VIRTUTI PUBLICATIONE AB-
„ STINERE. Si tantus extitiſti, cum
„ privata te inſtituta tenerent, quid ſubli-
„ mi fulgentem loco operaturum concipie-
„ mus?.. Anhelas intimis viſceribus, &
„ indefeſſo laboras conatu, ut Chriſtum ..
„ venerentur nationes, depravatos Catho-
„ licorum mores redintegras, Clerum ad
„ omnem honeſtatem, & diſciplinam ef-
for-

„ formas . . Non ſolum reditus Epiſcopa-
„ les , ſed & domeſticum patrimonium in
„ deſtitutos, & miſeros diſpertire, ſolatium
„ eſt . Perge his artibus Deo , & homini-
„ bus in dies gratioſior fieri &c. „ . Hæc-
cine vero illi monumentis mandaſſent lit-
terarum , ſi tam ferox , uti ſcribis , tamque
ſævum ingenium Palafoxius in Epiſcopalem
Cathedram intuliſſet ? Deinde qua ille pa-
tientia , qua longanimitate , indulgentia ,
facilitate , comitate erga Jeſuitas perdiu ege-
rit poſt etiam , quam eſt potitus Epiſcopa-
tu , non ex adductis modo teſtificationibus,
ſed ex litteris etiam , quas Vir Venerabilis
an.1647. ad Horatium Carochium miſit,intel-
ligi plane poteſt (1) . Nam in his , ſex ipſos
eſſe annos , affirmat, quo ex tempore fores
pulſans Societatis , pacem , caritatemque ab
ejus filiis poſtularet ; neque tamen ſe quid-
quam aliud reportaſſe , quam reſponſa ple-
na injuriæ , & offenſionis . Inſtare nihilo-
ſecius ſe, petereque rurſum majorem in
modum , ut de decimis ſecum velint amice
agere ; ſacereque tandem maledicendi , &
injuriarum finem . Eo autem id ſe vehe-
menter cupere ; quo pacem in Regno ſer-
vet ; quo proſpiciat communi bono ; quo
de-

(1) *Tom. XI. Opp. pag.*131. *ſqq.*

demum cum iis amicitiam colat, quos diligit, quorumque præcipuis Sodalibus usus familiariter sit, ut Pimentelio, Sanromano, Velasquesio, Nierembergio, Serlhoguio, Federicio, Caraffa denique Præposito Generali, a quo litteras acceperat scriptas die 7. Aprilis an.1646. quibus ipsi commendabat Societatem, orabatque hominem, ut eam adjuvaret, propagarique curaret in Mexicanis Provinciis. Mitto cetera, ne sim in re non necessaria nimius. Interea hoc animadverto, non ferocis hæc esse, non impotentis ingenii, sed patientis injuriarum, sed mansueti, sed eximiæ in Jesuitas caritatis.

III. Redeo ad Sac. Congregationis Angelopolitanæ verba, quibus tam insolenter abutere. Sunt ea non reprehendentis, sed paterne hortantis, atque monentis, ut eos in gratiam recipere ne gravaretur, a quibus tam indignis modis vexatus, ac læsus esset. Quo enim modo Sacra Congregatio, Jesuitarum caussa, redarguisset Episcopum, cui contra Jesuitas litem adjudicarat? Quin etiam quis credat, uti caritatis expertem fuisse a Congregatione, Pontificis nomine, reprehensum die 6. Aprilis an. 1648. illum, cujus die 7. Februarii Pontifex ipse celebrasset EXIMIAM ERGA GREGEM SIBI COMMISSUM CA-

Sacra Congregatio, & Pontifex ipse, non reprehēdit Palafoxium, sed ejus laudat zelum, & mansuetudinem, & virtutem singularem.

CARITATEM ; & 14. Martii Sacra Concilii Congregatio ejusdem virtutes ita suspexisset, ut rescripserit : *Eminentissimos Cardinales* GRATIAS ALTISSIMO RETULISSE, *quod Ecclesiæ Angelopolitanæ* TALEM VOLUISSET PRÆESSE PASTOREM, QUI PASTORALIA MUNERA EGREGIE PRÆSTARET &c. cujusque Pontifex idem 22. Maji ejusdem anni COMMENDASSET PASTORALEM SOLLICITUDINEM CIRCA GREGEM SIBI COMMISSUM ? Ei nè, qui hæc ageret ; quem tantopere ob eximiam *caritatem* celebraret Apostolica Sedes ; ei ne, *inquam*, Sacra Congregatio Angelopolitana *caritatem* deesse putasset Christiano homini NECESSARIAM ? Quis tam est male sano, tamque perverso ingenio id ut iudicet, præter unum te, quem malignitas, atque odium in Venerabilem Virum sic agit transversum, ut non modo non videas quid sit ex quaque re consequens, sed furiosorum etiam more, quæ deliranti tibi in mentem veniant, Sacris Congregationibus, Pontificibusque Maximis, qui nihil umquam tale suspicati sint, adscribere non vereare ? At Sacra eadem Congregatio *serio* eum *hortatur*, ac *monet*, ut *memor* sit *mansuetudinis &c.* Quid ? Hoccine erit reprehendere ? Hoccine non agnosce-

ſcere eſt in eo manſuetudinem, & caritatem? Annon Sacra Congregatio Concilii iiſdem in litteris, quibus Palafoxium *ob egregie præſtita paſtoralia munera*, atque ob ſtudium amplificandæ Religionis, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, laudarat; quam ob cauſſam dixerat, *exultaſſe* Cardinales *in Domino gaudentes*, *Eccleſiam Angelopolitanam* tanto eſſe *Paſtori* creditam; an non, inquam, Sac. Congregatio iiſdem litteris *paterne* ipſum *de Catholica fide promereri*, *EXCITAVIT*; atque *HORTATA* eſt ad *PROPAGATIONEM ORTHODOXÆ FIDEI &c.?* Quid? Reprehendit ne, quaſi neglexerit Orthodoxæ fidei propagationem is, quem ipſa ibidem *tam Religioſum Præſulem* appellat; cujus cauſſa *exultare ſe*, *gaudereque in Domino* fatetur; a quo *ſponſam ſuam exornari* dicit; cujus opera, teſtatur, Diœceſim illam ad *pietatem adoleviſſe*; cujuſque *celebres inſtitutiones laudari ab Apoſtolica Sede* confirmat? Quod ſi non reprehendentis, ſed ad majora excitantis hæc eſt adhortatio; cur non item ad caritatem heroicam magis magiſque colendam incitantis altera illa Sacræ Congregationis monitio, exhortatioque fuit; cum præſertim ex Epiſtola ad Carochium, aliiſque monumentis, quæ ſane legerat, Sacra

eadem Congregatio cognosset, quanta patientia tulisset ille injurias Jesuitarum, quantaque ipsos caritate complecteretur? Sed quid multis est opus, si Congregatio ipsa, ubi eum hortata est, ut Jesuitas pristinæ suæ benevolentiæ restitueret, statim addidit? „ Quemadmodum Sacra Congregatio ipsum „ (*Episcopum*) facturum confidit, SIBI-„ QUE CERTO POLLICETUR; CUM EJUS „ ZELUM, PIETATEM, AC PASTORALEM „ SOLLICITUDINEM COMPERTAM HA-„ BEAT„. (1) Hæccine sibi CERTO POLLICITA Sacra Congregatio fuisset ab eo, qui tam *imprudens*, ut scribis, tam ferox, tamque expers *mansuetudinis Christianæ* esset? *Zelum* ne, *pietatem pastoralem*, *sollicitudinem* illius tantopere commendasset, quem desertum ea mansuetudine putasset, quæ sit christiano homini *necessaria*? Id tu quidem animadvertisti; itaque postrema hæc omisisti, fraude consueta tibi, Sacræ Congregationis verba, ne sibilis eorum, qui tua legerent, exagitarere. Sed pergis calumniari. Paruisse Palafoxium negas monitis Sacræ Congregationis, litterasque proinde post dedisse

ple-

(1) Vide *el Memorial a N. SS. P. Alejandro VII. por la Jurisdicion Episcopal. Tom. XII. Opp. Palafoxii pag.* 504. §. *III. & pag.* 574. *sqq.* §. *XCV. sqq.*

plenas in Jesuitas livoris, & acerbitatis suæ. Quid autem est, nisi hoc est nolle facere calumniandi, atque mentiendi modum? Quotus enim quisque est, qui monumenta ejus ætatis pervolvens, non plane perspiciat, 1. Exceptum fuisse singulari erga Sedem Apostolicam observantia a Palafoxio Sacræ Congregationis Decretum (1). 2. Fovisse antea Venerabilem Virum amore, ac studio Jesuitas, & multo magis idipsum, accepto Decreto, facere curasse. 3. Misisse Decretum ipsum ad Patrem Radam Societatis Provinciæ Mexicanæ Præfectum, additis litteris plenis officii, & in Socios pietatis. Quarum quidem litterarum hanc liquet fuisse summam (2). Certum sibi esse, a Præfecto ipso rem omnem pro sua virtute ita componendam, ut Dei cultus, atque servitium posceret. Rescripta ab Apostolica Sede venisse, quibus validæ declararentur censuræ a Provisore Episcopali latæ; invalidæ contra, quæ a *Conservatoribus*. Id rescriptum (testificatione Consilii Magni Indiarum) pro defi-

 ni-

[1] Confer ipsum *Memorial. &c.* & Epistolam ad P. Radam *Defens. Canon. pag. 387. sq. §. 645. sqq. & pag. 395. sqq. §. 662. sqq.* Sed loca omnia operum Palafoxii quibus id non opinione quidem, sed demonstratione plane constat, recensere, perlongum esset.

[2] *Ibid.*

nitione Apostolicæ Sedis haberi, adeoque cum ubique terrarum, tum in Regnis præsertim Hispaniarum obtinere auctoritatem, & vim oportere. E definitione ipsa, declarationeque Pontificis id esse consequens, ut absolvi a censuris debeant, qui iisdem censuris a Provisore Episcopali fuerant illigati. Mandari sibi a Pontifice, velut a *Præsule, Pastoreque suo*, *ut excipiat* benigne Jesuitas, cumque iis *paterne se gerat*, id quod *Sacra Congregatio ipsum* Episcopum *facturum confidit*; *sibique certo pollicetur*. Ei quidem se ultro, libenterque obtemperare; propterea quod id & præceptis Pontificiis debeatur; & amor poscat, quo semper ipse Jesuitas prosequutus est, eorumque Societatem. Expectare se, quid Præfectus idem Jesuitarum sit responsurus. Componi profecto res tanti ponderis oportere. Certum autem Præfecto ipsi sit, quidquid Episcopus agit, non alio consilio Episcopum ipsum agere, quam ut suæ conscientiæ satisfaciat. 4. Restitisse Jesuitas Decreto Sacræ Congregationis, Litterisque Regis Hispaniarum. 5. Lenissimis Palafoxii postulatis respondisse Radam Præfectum Provinciæ Mexicanæ Jesuitarum incredibili, ac minime toleranda acerbitate, atque insolentia, magnoque

que cum contemptu Sedis Apoſtolicæ Decretorum. Nam is Rada renovari ab Epiſcopo, dixit, diſſenſiones: Vix ſe ſuoſque ab eo ſini, ut de *halleluja paſchali tempore* gaudeant. Turbari pacem, quietemque publicam: Reſtitui litem, contra atque placeat Regi (qui *tamen Rex juſſerat*, ut *Pontificis decreto Jeſuitæ parerent*): Decretum Pontificis APUD CONSILIUM INDIARUM IN RATIONE JUSTITIÆ PENDERE: Aliaque addidit permulta adeo falſa, adeo Epiſcopo, Sedique Apoſtolicæ injurioſa, adeo adverſa litteris Majeſtatis Regis, ut nullo modo ferenda viderentur. Quid mirum igitur, ſi litteras Palafoxius ad Innocentium dedit, quibus ipſum & ſeditionis in ſe concitatæ, & injuriæ Decretis Apoſtolicis ab Jeſuitis illatæ faceret certiorem? Ad Pontificem ne, ut ad Patrem confugere, eique integre nunciare, quæ geſta improbe in Epiſcopalem dignitatem, inque Apoſtolicas Sanctiones ab Jeſuitis fuerint; non ſtudioſi veritatis, utilitatis Eccleſiæ, ſolidæque pacis; ſed hominis erit caritatis chriſtianæ expertis, ferociterque agentis in Societatem? Hoc ſi ita eſt, expers caritatis fuerit neceſſe eſt Cyprianus, dum de iis, quæ improbe in ſe, inque Decreta Ec-

 cle-

clesiastica fuissent a Felicissimo, ejusque factione gesta, S. Cornelium certiorem fecit. Expers caritatis S. Cornelius ipse, dum de sceleribus Novatiani, ejusque sodalium ad Cyprianum eumdem, atque ad Fabium Antiochenum Antistitem scripsit. Expers mansuetudinis Christianæ Paulus Apostolus, qui injurias inlatas sibi, moliminaque prava in se suorum Civium questus est apud Præsidem. Abi, & cura, ut sapias. XIII. *Kal. Jul.*

EPISTOLA XI.

ALETHINUS PHILARETES

PSEUDO-ISIDORO

Prorsus reformando,

Sanitatem mentis.

I.

Nulla erat caussa, quamobrem ad Gillemansium Palafoxius non esse scribendum arbitraretur.

REdis ad Jansenismum. Consuetudinem litterarum cum Jansenianis Palafoxium ad mortem usque servasse scribis. Quæro, quinam ii fuerint Janseniani? Gillemansium nominas. At I. Epistolas ad hunc a Palafoxio missas mihi ostendi volo. Vereor enim, ut nullæ fuerint. Atque Archiepiscopus quidem is, qui tanto nunc studio reli-

ligionis, tantaque virtute, & vigilantia pastorali Mechliniensem Ecclesiam moderatur, etsi eas diu, diligenterque pervestigarit, nullas tamen uspiam reperit, ut ex ejus litteris plane intelleximus, quas ea de re ante hos menses septem ad Eminentiss. Sac. Rituum Congregationis Præfectum misit. 2. Quibus tu demum documentis efficies, *constare legitime*, Gillemansium unam aliquam tenuisse e quinque damnatis Jansenii *propositionibus*? Profecto, quovis pignore tecum contendam, id te nullo umquam testimonio, nulloque argumento effecturum. At cum id ostendere nequeas, qua tu audacia Gillemansium vocas Jansenianum, cum ab Innocentio XII. Pontifice Maximo cautum fuisse noveris, ne quis invidioso Jansenismi nomine eos arguat, quos non legitime liqueat, damnatas easdem quinque Jansenii Propositiones, aut unam saltem earum, alteramve defendere? 3. Quo tu modo ostendes, Gillemansium in ea sententia aut fuisse umquam, aut si fuit, perstitisse, ut Constitutionem Urbani VIII. in Librum Jansenii editam, supprimendam esse arbitraretur? Nam, quod jactatis, partes ipsum egisse Lovaniensium, & Archiepiscopi Mechliniensium Boonenii, a quibus una cum

Rechtio missus in Hispaniam fuerit, ann. 1649. postulatum ab Rege, ut ne in Belgio Constitutionem Urbanianam publicari juberet; id, inquam, totum una nititur Gerberonii fide, (1) quem vos, ut sæpe animadverti, indigne pateremini, adversus quemquam vestrum adduci testem. Profecto in Narratione (2) eorum, quæ acta ab Inquisitione Hispaniensi fuerant adversus XXII. Propositiones quorumdam Jesuitarum, & Johannis Schinkelii Doctoris Lovaniensis contra Sanctum Augustinum; in ea, inquam, Narratione, etsi de Rechtiana Gillemansianaque in Hispaniam Legatione agitur; non tamen dicitur, eo ipsos nomine fuisse missos, ut quidquam in Urbani Constitutionem ab Rege, aut ab alio quovis peterent. 4. Fac tamen eo nomine Gil-

(1) Nam hunc unum Pseudo-Isidoriani, Supplementarii, Judiciariique Accusatores Palafoxii memorant, non ullum alium, ne Molinianum, quidem: id, quod plane efficit, una ipsos niti Gerberoniana, ut dixi, fide.

(2) Extat in *Append. Historiæ Congregationum de Auxiliis &c. Num. XIX. pagin.* 210. *sqq. Edition. Venetæ an.* 1740. Eam interpolavit Gerberonius, transtulitque interpolatam in extremum Vol. V. De l' *Histoire Generale du Jansenisme Edit. Amstelod. an.* 1701. hoc titulo „ Relation de ce qui s'est passé en la Censure que les Inquisitions d' Espagne, firent en l'année 1650. de 22. „ Propositions que quelques Theologiens de la Societé, „ & Jean Schinkelius Docteur de Louvain avoient avancées contre Saint Augustin „.

Gillemanſius in Hiſpaniam venerit ; at poſt ubi an. 1653. ſublata omnis de Urbaniana Bulla fuit apud Belgas contentio , & Lovanienſes , atque Archiepiſcopus Boonenius Innocentio Pontifici paruerunt ; Gillemanſium non paruiſſe , quibus tu argumentis perficies ? An ulla in eum a Pontificibus , aut ab Antiſtitibus Belgarum lata cenſura eſt; aut ipſi ſacrorum communione interdictum ſpeciatim fuit, ut iis, a quibus miſſus in Hiſpaniam fuerat , ſcribere Catholici rite poſſent ; ei vero ipſi , qui miſſus fuerat , non poſſent ? Quod ſi nulla in hunc inlata cenſura eſt , cum Cardinalibus Supremæ Congregationis S. Officii ad Boonenium , ut ad Catholicum Epiſcopum anno 1654. litteras dare licuerit;cur Palafoxio ad Gillemanſium, ut ad Catholicum perinde,dare an. 1656. non licuit ? Atqui a Cardinalibus ejuſmodi litteras ad Boonenium miſſas , paulo ante vidimus . Quid ? Si anno 1656. ut poſt oſtendam, Alexander VII.ad *DilectosFilios Decanum,& alios theologicæ facultatis Magiſtros,& Regentes Lovanienſes* litteras paternæ benevolentiæ plenas dedit ? Diſſenſiſſe ne Gillemanſium ab cœtu Univerſitatis ejuſdem , dices , minimeque probaſſe Epiſtolam a Collegis ſuis ad Alexandrum menſe Martio ſcriptam, quæ

da-

damnari ab se propositiones quinque Jansenianas ita, ut damnatæ ab Innocentio X. & Alexandro ipso fuerant, significarunt (1). Verum istius dissensionis ecquod tu afferes documentum? At si nullum tibi documentum ejusmodi præsidio est, qua confidentia fratrem audes Jansenismi reum agere, contra atque Sedis Apostolicæ Decreta postulent? Scio quid Judiciarius Epistolaris vester dicat: se Jansenismi notam Gillemansio inurentem, Cardinali Aguirræo assentiri ajenti, *Gillemansium Jansenistarum fuisse Theo-*

(1) Quid? Si Gerberonius ipse ad an. 1657. *pag.* 98. *Tom. IV. Edit. an.* 1701. hæc scribat: „ L'Internonce de „ Bruxelles envoia le dernier jours de Mars à l'UNI- „ VERSITE' de LOUVAIN, *la* Constitution d'Alexan- „ dre VII. & ELLE Y FUT RECUE, ET PUBLIEE „ SOLENNELLEMENT LE SETIEME JOUR D' „ AVRIL. En la RECEVANT M. Van-Werm Doyen „ de la Faculté de Theologie, declara. 1. Que la Facul- „ té n'avoit jamais eu sur les cinq propositions aucun „ sentiment qui ne fut conforme au jugement, qu'en „ avoit porté sa Sainteté. Et afin qu'on n'en pût dou- „ ter: la Faculté dressa une declaration de sa Doctrine, „ conforme a son ancienne censure: marquant qu'elle „ y demeureroit attachée, si sa Sainteté à qui elle l'en- „ voioit n'en Jugeoit autrement „. Addit nihil in ea Declaratione fuisse deprehensum Romæ, quod reprehensione dignum videretur; nihilominus noluisse *Romam*, ut ea ipsa Declaratio *Actis publicationis* Bullæ insereretur; propterea quod Pontifices non ferant, ut Doctores, atque etiam Episcopi, interpretes se constituant Constitutionum Apostolicarum; sed velint, ut eas recipiant omnes pure, & simpliciter sine explicatione &c.

Theologum, ut ex *libro* perſpicitur, quem inſcripſit: *Diſputationes de Lovanienſium Janſeniſmo* (1). Ego vero librum ullum fuiſſe a Cardinali Aguirræo eo titulo perſcriptum, vehementer nego. Non ſum neſcius *Diſputationes* aliquot a Moliniano F. de Claireau ex opere Cardinalis Aguirræi inſcripto: *Defenſio Cathedræ Sancti Petri contra Declarationem Illuſtriſſimi Cleri Gallicani editam Lutetiæ Pariſiorum 19. Martii 1682. & adverſus quorumdam Doctorum Pariſienſium, ac Belgarum Theſes*: ex hoc, inquam, opere ſelectas fuiſſe aliquas Diſputationes, atque novis animadverſionibus auctas, redactaſque in libellum illum Coloniæ editum an. 1692. atque a Clareau ipſo inſcriptas, non univerſe *de Lovanienſium Janſeniſmo*, ut Judiciarius Pſeudo-Armachanus mentitur; ſed: *De multorum Belgarum, præcipue Lovanienſium Janſeniſmo*. Ex judiciario autem eodem quæro, in qua tandem earum Diſputationum Aguirræus Gillemanſium *Theologum* appellet *Janſenianorum*? Equidem eas omnes diligenter legi, neque in earum ulla quidquam tale

(1) Ita quidem objicit *pag. 2. not. e* Auctor opuſculi inſcripti: *De Cauſſa Johannis Palafoxii judicium Epiſtolare ad aliquot eruditos amicos a Petro Aurelio Armachano*.

le reperi. Non enim ita ille, ut natio Molinianorum, institutus erat, ut eos in Jansenismi crimen, contra atque ratio, *spiritusque* hominis studiosi veritatis, ac pacis ferret, vocandos arbitraretur, quos non *legitime* aliquam e damnatis quinque propositionibus tueri, constitisset. Scribit quidem Vir Eminentissimus (1) I. Guillemans *Instructionem Petri Van-Busci* probasse, quæ *infallibilitati* Pontificis Maximi sine *consensu aliorum Antistitum definientis* adversaretur; at id nec notam infert Jansenismi, & a Guillemansio an. 1672. hoc est decimo tertio a Palafoxii morte anno gestum est; & longè a Palafoxii doctrina, ut Volumine hujus Operis II. (2) plane ostendimus, discrepat. Quare si ad an.1672. Venerabilis Palafoxius produxisset vitam, in eamque opinionem abiisse Gillemansium accepisset, permoleste sane tulisset. Age vero ex eodem Aguirræi loco, annon facile concludi poterit, Guillemansium non modo Constitutionibus Innocentii X. & Alexandri VII. sed etiam Formulario subscripsisse, adeoque longe a suspicione Jansenianæ hæreseos absfuisse? Nam Archipresbyterum fuis-

(1) Ibid. *Disput. V. al. XIX. Sect. II. pag.* 16.
[2] Pag.266. sqq.

uisse Guillemansium, librorumque Censorem Eminentissimus Aguirræus testatur. Atqui ad id munus pertingere Belga Theologus nequivisset, nisi iisdem Constitutionibus *pure*, *simpliciterque* admissis : formularioque nulla circuitione verborum subscripto, adsertoque *pure* item, atque *simpliciter*, & interposita juris jurandi religione. Is autem cum esset Gillemansius, quæ caussa impedire poterat, quin ad ipsum Palafoxius scriberet?

II. At gratias Gillemansio Palafoxius egit (1) quod nonam *Epistolam Provincialem* dono ad se misisset; rogavitque, ipsum, ut ne se ceteris, si quæ post editæ fuissent, frustraretur. Quæ quidem *Provinciales Epistolæ* statim atque in lucem prodiere, Jansenianæ sunt habitæ, propterea que proscriptæ Parisiis, & etiam Romæ. Sed vide, quam sit inanis tua ista omnis animadversio. Constituerat Vir Venerabilis (2) una cum Archiepiscopo Toletano S. R. E. Cardinali Sandovalio, aliisque quibusdam Hispanis Antistitibus adsertiones aliquot pravas colligere, quibus vi-

Palafoxius merito gratā habuit, missā ad se fuisse ab Gillemansio Epistolam IX. ad Provincialem &c. Nam nihil est in ea Janseniani; sed solū describūtur, atque irridentur propositiones quædam laxæ Probabilistarū in re morali; quarum propositionum seriē texere Palafoxius, una cum

(1) Ita quidem Pseudo-Isidorus objicit §.XIII.

(2) Hæc ex Tom. IV. P.III. Artic.II. p.232. sq. Moralis Practicæ Jesuitarum, quo Vita Palafoxii continetur, liquent; quo quidem Tomo IV. omnis Adversariorum nititur accusatio.

Cardinal. Sandovalio constituerat, eamq; Romam ad Pōtificem mittere, quo propositionibus ipsis damnatis, Probabilistæ modū laxitatum facere cogerētur.

vitiari possent mores Catholicorum; Sanctæque Sedi ad damnandum proponere. Ejus generis adsertionum permultas in Epistolis Provincialibus recenseri, deriderique intellexerat. Itaque ut minus temporis consumeret in investigandis adsertionibus censura dignis; utque saluti suarum ovium prospecturus, adsertionum earumdem auctam seriem Romam quantocius posset mittere; epistolas illas Provinciales accepit libens. At erant eædem Epistolæ profectæ ab homine Janseniano. Fuissent etiam ab Lutherano, a Praxeano, a Gnostico, quid hoc ad rem? An mali hominis non mala in genere quopiam opera uti Viro Venerabili non licuisset? Opera ecce nefarii hæresiarchæ Patripassiani Praxeæ pax fuit Ecclesiastica negata Montanianis a Victore Pontifice. Ariani hominis Eusebii Cæsariensis Chronicon S. Paulinus Nolanus, ut librum, ex quo, haud parum capi posset utilitatis, Sancto Alypio Tagastensi Antistiti dono misit. Ex Simonidis porro, ex Arati, ex Homeri, ex Livii, ex Sallustii, ex Ciceronis &c. Ethnicorum scriptis errorum, atque superstitionis plenis, quot sunt ab S. Justino Martyre, ab Athenagora, a Clemente Alexandrino, ab Arnobio, a Lactantio, ab Hieronymo, ab Au-

gu-

gustino, immo a Paulo Apostolo adducta loca, quibus & refelleretur idololatrarum impietas, & fallaces opiniones, pravique mores malorum quorumdam Christianorum redarguerentur? Cur ergo fas non item esse potuit Palafoxio pari ratione, contra laxitatem, adhibere hominis, etsi, quantum voles, scurræ, ac Janseniani, non Jansenianam tamen in perversis casuistarum plerorumque de morum disciplina sententiis colligendis, refutandisque industriam? Cur non ei Vir idem Venerabilis egisset gratias, qui id sibi commodi paravisset? At opponis, *Epistolas Provinciales*, simulatque editæ fuerunt, declaratas fuisse Jansenianas. Verum esto de prioribus quatuor constitutum id fuerit, in quibus de gratia disputaretur; de quinta, de sexta, de septima, de octava, de nona, qui tandem constitui potuit, quæ ut de laxis Jesuitarum quorumdam pronunciatis perplura, ita de prædestinatione, deque gratia, nihil continent? Instas tamen, proscriptasque eas Epistolas, dicis, fuisse Romæ. Fateor. Sed quo nomine? Jansenismi, inquis. Age, cedo Decretum S. Inquisitionis Romanæ. *Feria V. die 6. Septembris* 1657. *Sanctissimus D. Noster Alexander Papa VII. præsenti Decreto prohibet*, &

& damnat libros infrascriptos, eosque pro damnatis, & prohibitis haberi voluit sub pœnis, & censuris in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum prohibitorum contentis, aliisque arbitrio suo infligendis. Elenchus Librorum. Decem & octo Epistolæ Gallico idiomate conscriptæ, quarum prior inscribitur; Lettre escrite a un Provincial par un de ses amis sur le sujet des Disputes presentes de la Sorbonne de Paris ce 23. Janvier 1656. Incipit: Monsieur, nous esti „ ons bien abusez &c. „. *Seconde Lettre &c. de Paris ce 29. Janvier 1656. Incipit*: „ Moneur comme je fermois &c. „. *Troisiesme Lettre &c.*, „ *De Paris ce 9. Fevrier* „ *1656. incipit*: „ Monsieur se vien de re„ cevrir „. *Quatriesme Lettre &c. de Paris le 25. Fevrier 1656. Incipit*: Monsieur, il „ n' est rien tel, que &c. „ *Cinquieme Lettre &c. de Paris de 20. Mars 1656. Incipit*: „ Monsieur, Voicy ce que je vous ay „ promis „ &c. Numerantur porro ceteræ eodem modo Epistolæ, nulla ipsis apposita aut Jansenismi, aut calumniæ, aut alterius generis cujuscumque nota. Qua tu igitur auctoritate, seu potius, qua audacia pronunciare non dubitas, quod Sedes Apostolica, Sacraque Inquisitio tacendum duxit, omnibusque

que illis Epiſtolis Janſeniſmi notam inurere non verere? Noſti tu quidem, ut Cleandri, & Eudoxii Dialogos ab Daniele Jeſuita adverſus *Epiſtolas Provinciales* illas compoſitos an. 1703. die 17. Januaril Sac. Congregatio condemnavit. Quid? Ferres ne moderate, ſi quis ideo fuiſſe illos condemnatos diceret, quod Pelagianiſmum contineant; aut quod hos, ſtatim atque in lucem ſunt editi, nonnulli Catholici in pelagianiſmi vocaſſent ſuſpicionem? Annon extemplo clamares, indignum eſſe facinus; præveniri judicium Sedis Apoſtolicæ; notari a privato erroris doctorum Virorum libros, contra atque ſtatuta Pontificum Maximorum ferant; jactari impudenter, quod dicendum Sacra Congregatio non putaſſet? Quæ te igitur mala mens agitat, id ut aliis fidenter exprobres, quod tuis in pari cauſſa tribui non patiare? Sed, ut dixi, de Epiſtolis Provincialibus prioribus præſertim quatuor, ut, quemadmodum tibi libuerit, judices, non repugno; modo ne quid inde Janſeniani aut accepiſſe, aut accipere cogitaſſe Palafoxium ſtatuas. Nam id ſi ſtatueris, convincére, ut alias ſæpe, calumniæ crimine. Non enim is quidquam de Gratia, de Prædeſtinatione, deque arbitrio libero ex iis Epiſtolis mutuo ſe

acceptarum uſpiam dixit. Hoc dixit unum (ſi modo ei adſcribendæ ſunt, quas tu commemoras, litteræ) hoc, inquam, unum dixit, *Epiſtolam IX. ad Provincialem*, aliaſque, ſi quæ poſt ejus ſimiles prodiiſſent, de laxis in re morum propoſitionibus Caſuiſtarum, ſibi uſui futuras in perficienda ſerie, quam ad Apoſtolicam Sedem mittere conſtituerat. Id vero abs te reprehendi quî poterit? Niſi forte velis, Janſeniſmi reum eſſe eum, qui ad Apoſtolicam Sedem confugiat, reſponſa de doctrina, deque diſciplina Eccleſiaſtica poſtulatum; pugneſque ſimul illigatum Janſenianis erroribus fuiſſe Alexandrum VII. qui ſolemnibus decretis laxas propoſitiones haud paucas condemnavit, quæ reprehenſæ fuiſſent ab Auctore Provincialium Epiſtolarum, quaſque, cum Palafoxio, Præſules aliquot Eccleſiarum ad Sedem Apoſtolicam deferre conſtituiſſent.

Quod Palafoxius de Paſtorali Epiſtola adverſus laxitatem perſcribenda, cogitarit, laudandus eſt, non culpandus.

III. At 22. Martii an. 1657. ad Gillemanſium Palafoxius ſcripſit, cogitare ſe, Epiſtolam aliquam Paſtoralem adverſus moralem Jeſuitarum doctrinam ſcribere. Sit quidem ita. Quid hinc manare in Venerabilem Virum peccati potuit? Peccaſſet ille quidem, ſi pro laxa perplurium Jeſuitarum doctrina morum ſcribere Paſtoralem Epiſtolam ſtatuiſ-

tuisset; sed Epistolam Pastoralem cogitasse contra doctrinam eamdem edere, gregis sui adversus laxitatem muniendi caussa, non peccati, sed meriti loco habendum fuit.

IV. Verumtamen anno superiore hoc est anno 1656. incensæ, atque consumptæ Parisiis carnificis manu; damnatæque Romæ fuerant Epistolæ illæ ad Provincialem. Erras longe. Non enim illæ Epistolæ anno 1656. quemadmodum comminiscere; sed anno 1657. die 6. Septembris damnatæ Romæ fuerunt; sexto videlicet fere post mense, quam eæ litteræ, quibus abuteris, datæ ad Gillemansium fuisse a Palafoxio ferantur. Atenim detur hoc tibi, missas quidem has a Palafoxio fuisse post *Epistolarum Provincialium* condemnationem; ecquid hæc condemnatio obstitisset, quo minus Epistola Pastoralis a Viro Venerabili in laxam plerorumque Jesuitarum de moribus doctrinam perscriberetur? An rejectis Epistolis Provincialibus, Sacra Inquisitio Pontificis jussu simul vetuerat, ne quis Theologus, Parochus, Antistes Sacrorum voce, scriptisve monstra laxitatum, quæ vobis probata essent, refelleret? Jam vero. Si id Inquisitio Sacra non vetuit; si Prosper Fagnanus Sacræ Concilii Congregationi a secretis; si Mercorus Inquisitor hæ-

Epistolæ Provinciales non an. 1656. sed an. 1657. proscriptæ fuerunt Romæ; at earũ proscriptio non obstitit, quin contra laxitatem in re morum scribere Theologis, in primis autem Episcopis liceret.

hæreticæ pravitatis; si alii in laxitates, inque probabilismum laxitatum originem, non repugnantibus Sac. Congregationibus, calamum acuerunt; si Clerus Gallicanus Censuras in ejusmodi laxitates plerasque edidit; si Alexander VII. Pontifex Maximus Apologiam Casuistarum a Pirotio Jesuita editam damnari jussit; si Ordini Prædicatorum in mandatis dedit, ut mollium de moribus opinionum oppugnationem aggrederetur; si ipse per se publicatis Constitutionibus propositiones perplures temeritatis, falsitatis, erroris &c. notavit; quo demum modo *Provincialium Epistolarum* proscriptio esse potuisset impedimento, quo minus Epistolam Pastoralem in opiniones Jesuitarum laxas Antistes Palafoxius publicaret?

Nihil operæ Palafoxius in eo libello supplici perscribẽdo locavit, quo petebatur, ut 22. propositiones S. Augustino injuriæ damnarentur. Quod si quid operæ locasset, laudãdus esset. Nam damnatæ

V. At anno 1650. die 15. Aprilis *Inquisitor* Hispaniarum Villa Vincentius Dominicanus condemnarat opusculum inscriptum: *propositiones prolatæ a Jesuitis contra Augustinum*; quo in libello componendo non nihil etiam laboris *Venerabilis* noster Antistes insumserat. Jam hoc noveram, quidvis te potius laturum, quam ut aliquando desinas falsa dicere. Itaque non miror, tuis istis tam paucis verbis mendacia com-

comprehendi omnino duo. Horum est prius de damnato libello. Non enim libellus, sed propositiones, uti scriptæ a Molinianis fuerant, censura confixæ sunt ab eo, quem Dominicanum dicis, *Inquisitore*, uti *falsæ, male sonantes, piarum aurium offensivæ, temerariæ, erroneæ, sapientes hæresim, & Sancto Augustino injuriosæ*. Alterum tuum mendacium est, suam Palafoxium in iisdem propositionibus colligendis, componendove libello eodem operam collocasse (1). Nam neque traditum id ab ullo ejus ætatis Scriptore fuit; neque ut libellus idem componeretur, opus fuit Palafoxii opera. Compositus enim ante fuerat ab Sinnichio Doctore Lovaniensi (2). Nihil autem libellus ille continebat, præter quam propositiones 22. quorumdam Molinianorum plenas in Augustinum injuriæ, quæ damnandæ proponebantur. Fac tamen, Palafoxius adjutor eorum fuerit, qui libellum scripsere memoratum tibi;

reipsa fuerunt propositiones illæ ab Hispanica Inquisitione Generali, contra atque Pseudo-Isidorus scribat.

(1) Pseudo-Isidorus §. XII. „ Si rifletta, *inquit*, inoltre, che fu condannata in Madrid dall'Inquisitore Domenicano Villa Vincenzio con Decreto de' 15. Aprile 1650. quella operetta famosa, nella qual' egli, Monsignore, ebbe la sua parte. E' intitolata l'opera: *Propositiones a Jesuitis Prolatæ contra S. Augustinum* „.

(2) Vide *Historiae Congregationum de Auxiliis &c.* a Jacobo Serry Ord. Præd. perscriptæ Appendicem *n.* XIX. *pag.* 211. *sqq. Edit. Venetæ an.* 1740.

ecquid fecisset indignum Episcopo, cui & veritas, & Ecclesiæ decus, & S. Augustini existimatio, atq; celebritas cordi esset: quem Doctorem maximum, atque sanctissimum Apostolica Sedes, atque universa, qua latissime patet, Ecclesia summo in honore habuerit, cujusque doctrinam semper miris laudibus celebrarit, celebrareque continenter pergat? Age vero, Inquisitio Generalis Hispanica, cui Villa-Vincentius præerat, postulata ne rogantium eo libello, ut 22. illæ propositiones configerentur, damnavit; an propositiones ipsas vigintiduas Molinianorum? Postulata tu quidem rogantium, seu libellum illum, non propositiones damnationem subiisse dicis. Sed vide quam te gravi illigaris mendacio. Spargi jam cœperat an. 1650. per Hispanias series illa viginti duarum propositionum. Hæc forte fortuna in manus inciderat Johannis Gonzalesii de Leon, qui Matriti Ordinis Prædicatorum Prior Atochensis Cœnobii fuerat anno superiore. Is seriem eamdem (cui titulum hunc præfixit: *Propositiones a Jesuitis prolatæ contra S. Augustinum*) ad Aragonium item Dominicanum, Primarium in Academia Salmanticensi Theologicæ facultatis Professorem misit. Aragonius eam Augustinia-

nis

nis in eadem Universitate Collegis suis exhibuit, qui ægerrime contumeliam Sancto P. Augustino inlatam passi, rem omnem ad Sac. Inquisitionis Tribunal deferendam judicarunt. Ei rei gerendæ Bartholomæus de los Rios Augustiniensis Ordinis Theologus insignis a suis Sodalibus præfectus fuit, qui tam strenue egit Sancti Doctoris caussam, ut Decretum denique tale impetrarit, quale se & optarat, & vero jure sperarat impetraturum. Id ego Decretum in lucem rursum edi curabo. Tu interea in ipsum, velut in speculum inspice; cumque patere mendacia tua cognoris, fac te ut pudeat tui, si modo quidquam pudoris cadere in hominem tam effrontem potest. Habe illius manu scriptum exemplum tibi (1). *Decretum, &*

 Cen-

(1) Extat apud Serry *loco indicato pag.* 221. *sq.* quo loco etiam ostenditur, quibusnam ex libris excerptæ ejusmodi propositiones fuerint. Nam sic *ibid.* habetur. „ Ex „ propositionibus 22. Johannes Schinkelius Sacræ Theo„ logiæ Lovaniensis Professor docuit, & discipulis dicta„ vit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. & 12. septima, 8. „ & 22. leguntur in libro Patris Johannis Roberti Jesui„ tæ, cui titulus est: *an Nathanael fuerit Bartholomæus* „ *Apostolus*. Decimatertia, 18. & 19. Sunt Gabrielis Va„ squesii, Prima quidem *Tom. I. in* 1. 2. *Disp.* 132. *cap.* 3. „ *n.* 14. Secunda vero *Tom. I. in I. Partem Disp.* 97. *c.* 3. „ *n.* 20. Tertia denique *Tom.* 2. *in* 1. 2. *Disp.* 193. *cap.* 4. „ *n.* 39. Decima quarta 15. 16. & 17. sunt Ludovici Mo„ linæ, Prima *in Tractatu* de *Opere sex Dierum Disp.* I.

Se-

Cenſura Inquiſitionis Generalis Hiſpaniarum adverſus duas, & viginti propoſitiones Sancto Auguſtino perquam injurias. „ Illuſtriſſimus
„ Dominus Epiſcopus Placentinus Inquiſi-
„ tor Generalis, ceterique Sanctæ Inqui-
„ ſitionis Generalis Conſiliarii Regii, deli-
„ beratione habita 18. Martii 1650. Decre-
„ tum ediderunt, quo in forma conſueta
„ prohibent, & proſcribunt viginti duas
„ propoſitiones ſequentes: 1. *Auguſtini*
„ *quædam dogmata ab Apoſtolica Sede in*
„ *terminis eſſe damnata*. 2. *Miſeram fore*
„ *Eccleſiam, ſi Auguſtini placitis obſtricta*
„ *maneret*. 3. *Eccleſiam a tutela, & Pæda-*
„ *gogia Auguſtini eſſe vindicandam*. 4. *Au-*
„ *guſtini auctoritatem non plus valere, quam*
„ *rationes, quas allegat, evincant*. 5. *S. Au-*
gu-

„ Secunda *in Concordia q.* 23. *a.* 4. & 5. *Diſp. I. Memb.VI.*
„ Tertia *ibid. Memb. Ult.* Vigeſima, & vigeſima prima
„ excerptæ ſunt ex Articulis numer. 12. & 20. Jeſuita-
„ rum Lovanienſium cenſura notatis ab Univerſitatibus
„ Lovanienſi, & Duacenſi ann. 1587. & 1688. Nam
„ Prior continetur in Articulis 14. & 15. in his verbis:
„ *Cum grano ſalis &c. Item valde improprie:* Junctis iis,
„ quæ tradit Leſſius de *Prædeſt.* & *Repr. ſect.*4. *n.*43. Po-
„ ſterior continetur in Artic. XXIII. his finalibus verbis:
„ *Quod ſi contraria ſententia eſſet Auguſtini, non admodum*
„ *referret* „. Hæc eadem, ut & Sacræ Inquiſit. Genera-
lis Hiſpanienſis Cenſura, leguntur apud Gerberonium in
extremo quinto Volum. *de l'Hiſtoire du Janſeniſme pag.*
214. *Edit. Amſtelod. an.* 1701. cujus quidem Gerberonii
teſtimoniis haud raro abutuntur Palafoxii Accuſatores.

„ *gustinum fuisse Doctorem perinde ac alium*
„ *quempiam etiam modernorum*. 6. *Augu-*
„ *stini dotes seu naturales, seu infusas non*
„ *fuisse altioris ordinis, quam aliorum Do-*
„ *ctorum etiam scholasticorum*. 7. *Si post*
„ *Augustinum nihil christianæ eruditioni ac-*
„ *cesserit, scholasticam Theologiam penitus*
„ *rejiciendam fore*. 8. *Augustini auctori-*
„ *tatem interponentibus respondendum esse,*
„ *Ecclesiam in suis filiis usque hodie crescere*
„ *etiam eruditione*. 9. *Augustinum Juliani*
„ *Pelagianistæ argumentis non satisfecisse*.
„ 10. *Si triumphus Ecclesiæ de Pelagianis*
„ *niteretur posterioribus Augustini scriptis,*
„ *immerito de iis illa triumphasset*. 11. *Volen-*
„ *tem sustinere partes Juliani, non posse ra-*
„ *tionibus convinci*. 12. *Augustini doctri-*
„ *nam de originalis peccati traduce esse rusti-*
„ *canam*. 13. *Ex Augustini opinione de*
„ *peccato originis, cogi nos incidere in senten-*
„ *tiam Pelagii*. 14. *Augustinum sacrarum lit-*
„ *terarum auctoritatem sua expositione ener-*
„ *vare, & ludibrio Infidelium exponere*.
„ 15. *Augustinum quasi sub caligine consti-*
„ *tutum, ad veritatem a recentioribus in-*
„ *ventam non attendisse*. 16. *Augustini sen-*
„ *tentiam fidelium non paucos turbasse, ejus-*
„ *que auctoritate percussos in Pelagianismum*
de-

„ *declinasse*. 17. *Augustini sententiam a*
„ *multis duram nimis, indignamque divina*
„ *bonitate, ac clementia judicari, non mi-*
„ *rum*. 18. *Ab Augustino, aliisque idem*
„ *sentientibus peti posse, undenam suæ scien-*
„ *tiæ certitudinem hauserint*. 19 *Augusti-*
„ *ni vestigiis non esse insistendum, sed ali-*
„ *ter philosophandum*. 20. *Augustini locu-*
„ *tiones, quamvis aliquo sensu veras, im-*
„ *proprias tamen esse, nec passim frequen-*
„ *tandas*. 21. *Utrum Augustinus contra*
„ *quod sentimus sentiat, non admodum re-*
„ *ferre*. 22. *Non recte dici: illud saltem*
„ *necessario ab omnibus esse tenendum, quod*
„ *Augustinus asseruit, nec retractavit*. Quia
„ præfatæ propositiones sunt respective
„ falsæ, improbabiles, absurdæ, male so-
„ nantes, piarum aurium offensivæ, teme-
„ rariæ, erroneæ, sapientes hæresim,
„ summopere injuriosæ sanctitati, pietati,
„ & doctrinæ unius ex Ecclesiæ Catholicæ
„ columnis scilicet gloriosissimi Patris San-
„ cti Augustini „. Nega nunc, si ferre
frons ista potest, nega, inquam, dam-
natas propositiones illas viginti duas tuo-
rum fuisse; hisque damnatis, probatum
fuisse libellum supplicem eorum, qui pe-
terent, ut propositiones ipsæ ab Hispanica
In-

Inquiſitione Generali notis Theologicis configerentur. Quod ſi non audes, ni te publice mendacem, atque *impoſtorem* prædicari velis; quî neges Palafoxium, ſi ei libello ſupplici perficiundo dediſſet operam, rem Inquiſitioni Hiſpanicæ Generali gratam, ac dignam Epiſcopo Auguſtini ſtudioſiſſimo, & amante veri, fuiſſe facturum? Nimirum ita tu quidem mente demotus malignitate es, ut quo nomine nocere te Palafoxianæ cauſſæ ſperabas poſſe, eodem illi (ſi eos, ut affirmaſti, adjuviſſet, qui libellum ſupplicem illum compoſuerunt) pararis imprudens præſidium. Abi, ac ſi te ipſum noris, fac te ut pudeat aliquando tui. XI. *Kal. Jul.*

EPISTOLA XII.

ALETHINUS PHILARETES

HOSII CYRIACI CANONICI OXOMENSIS

ALUMNUS

PSEUDO-ISIDORO *indigne* reformationem *ferenti*

Sanitatem mentis.

I.

Non quæ a factione Jaſenianorum, ut calumnia Pſeudo-Iſidorus ſcribit, ſed quæ ab Epiſcopis, Theologiſque Orthodoxis geri cœperant in Gallia adverſus laxitatem morum, ea ſibi Palafoxius grata accidiſſe teſtatur.

ETSI (ut oſtendi Epiſtola ſuperiore) tanto & commodo Palafoxianæ cauſſæ, & tuorum, tuique dedecore, temet miſere mendacio implicans, ſcripſeris; videri vis tamen nobiſcum liberalis. Itaque, *mitto*, inquis, *dicere, quam ei* (Palafoxio) *jucundum fuerit, intellexiſſe a ſuo Gillemanſio id agi a factione* Janſenianorum *in Galliis, ut ratione moralis doctrinæ detraheretur famæ Jeſuitarum* (1). Ad marginem autem diem indicas 21. Junii, & annum 1658. quo hæc a Vene-

(1) Pſeudo-Iſidorus ibid. §. XIII. „ Tralaſcio di raccontare le ſue compiacenze ſpiegate per lettera al ſuo Gillemans per quei maneggi, che udiva farſi nella Francia dal partito a diſcreditare la Compagnia di Gesù, per ciò, che riguarda le ſue morali dottrine „.

nerabili Viro ſcripta fuiſſe ad Gillemanſium arbitrare. Sed quæro ex te: 1. Ubinam tu Palafoxii haſce, quas commemoras, litteras videris? Apud Arnaldum legiſſe ipſas te, dices, ſat ſcio; nam hujus fide omnis hæc nititur Epiſtolarum ejuſmodi Palafoxianarum ad Gillemanſium, velut ipſe mox confiteris, ſinceritas. Verum quæ tua iſta adeo perverſa dijudicandi ratio eſt, ut ei uni Auctori de vobis, ſcriptiſque veſtris agenti fidendum non exiſtimes; fidas tamen agenti de Epiſtolis Palafoxii? Si enim mendacio vos ille exagitat, cur non item mendacio egiſſe putandus eſt de Præſule tanta exiſtimatione virtutis, uti vos vehementius exagitaret? Sed patiar. Vera de Palafoxii litteris Arnaldus ſcripſerit, atque utinam de vobis falſa: Quæro 2. Quonam in loco earum litterarum (1) ve-

(1) Mendaciſſimus Auctor *Supplementi I. ad Animadv. Promotoris Fidei &c. Cap. II. pag.* 21. „ L' amicizia, *inquit*, tra il Gillemans uno de' Deputati Lovanieſi, che „ agiva per eſſi in Madrid l' an. 1649. ſi continuò dipoi, „ come moſtrano PIU' EPISTOLE trà il Palafox, e il Gillemans, i frammenti delle quali ſi traſcrivono nella „ *Moral. Pratica Tom. IV. pag.* 233. ove l' Arnaldo Autore atteſta di aver eſſo vedute l' Epiſtole originali. Or „ in queſte lettere non altro più frequentemente ſi ripete, ſe non, che i Geſuiti. 1. Sono calunniatori di „ Gianſenio con attribuirgli errori. 2. Eſſi ſoli ſono gli Av-

(veræne illæ, an confictæ fraude fuerint, non laboro) quonam, inquam, in loco ea-

„ Avversarj della Gianseniana dottrina. 3. Ch' essi sono „ in ciò i Corrompitori di S. Agostino. Se il Palafox „ coll'inchiostro medesimo, con cui al Gillemans scriveva „ queste tre imputazioni, scrisse altresì le altre, che si „ leggono contro i Gesuiti nella famosa Epistola a Innocenzio X. non discredo, che queste sieno false, quan„ do quelle scritte al Gillemans, e ripetute in tante sue „ lettere, sono certamente tre innegabili falsità; ma ap„ punto quelle falsità, che sogliono essere frequenti nel„ la bocca de'Giansenisti „. Quemquam ne tam esse impudenter mendacem putem, ut adeo brevi oratione tam multa contra veritatem peccet? 1. Amicitiam a Palafoxio cum Gillemansio conjunctam statuit, cum Arnaldus (cujus testimonio hæc omnis Supplementaria accusatio nititur) cognitum fuisse Matriti Gillemansium Antistiti nostro scribat; amicum vero non item scribat: „ qu' il avoit „ connu a Madrid, où il avoit ète envoié avec un Do„ cteur pour les affaires de son Université „. *Morale Pratique Tom.IV. Part.III. Art. II. pag.* 233. 2. *Plures esse Epistolas inter Palafoxium, & Gillemansium* „ più Episto„ le tra il Palafox, e il Gillemans „ quarum *fragmenta ab Arnaldo in Morali Practica transcribi*, ait. Verum *aliquas*, *quelques unes*, easque non plus quinque Epistolas Palafoxii, quarum *fragmenta* describit, Arnaldus memorat; Gillemansii autem describit, aut memorat omnino nullum. 3. Arnaldum ab se visa testari *autographa* earumdem Palafoxii Epistolarum fidenter Supplementarius scribit; cum contra Arnaldus extare ejusmodi autographa dicat; ea se tamen vidisse, non dicat. „ On en a des preuves authentiques „ par quelques unes de ses lettres qu' on a en original „ écrites à un licentié en Theologie de Louvain „. *Ibid.* 4. In his Palafoxii Epistolis, nil FREQUENTIUS REPETI, Supplementarius jactat, quam *Jesuitas calumniari, adscribendo errores Jansenio*. At in iis Epistolis nihil est omnino, quod ad Jansenium, quodque ad ejus doctrinam, erroresque aut vere ipsi, aut falso attributos, spectet. Adeo falsum est

earum litterarum sit *factionis* , seu *del partito* (Jansenianam autem factionem intelli-

est dicere , nihil *frequentius repeti &c.* 5. Addit , *solos Jesuitas adversarios Janseniane doctrine* a Palafoxio ibidem constitui : qua re nihil dici potest calumniosius . Nam hujus item rei in Epistolis illis ne vestigium quidem extat . 6. *Jesuitas* IN HOC *esse S.Augustini dogmatum corruptores* . Jam τὸ *in hoc* plenum est fraudis , atque fallaciæ , neque usquam est usurpatum a Palafoxio . Corruptores autem doctrinæ Augustini Molinianos dicere , etsi , mea quidem sententia , nihil non veri sit dicere ; tamen ne id quidem dictum iisdem in Epistolis est a Venerabili Præsule . Molinianos vero doctrinæ S. Augustini corruptores dum quisquam orthodoxorum dicit , non eo dicit , quo Jansenium absolvat , qui sane male est Augustinum interpretatus ; sed quo significet , genuinum Augustini sensum ab Jansenio , & a Molinianis perverti , & aliorsum contorqueri , atque sensus idem per se exigat . 7. Rursum Supplementarius ait , tria hæc imputari Jesuitis a Palafoxio ; adjungitque falsa esse ; quare si facienda inde conjectura sit , falsa perinde esse oportere , quæ Palafoxius ipse comprehendit sua illa ad Innocentium X. adversus Jesuitas Epistola . Sed quis non videat , retorqueri hoc argumentum commode in Supplementarium posse ? Nam pari argumentandi ratione , sument alii , ac jure quidem : Cum eodem veritatis studio Palafoxius ad Gillemansium scripserit , quo scripsit ad Innocentium , si nihil falsi Jesuitis attribuit in Epistolis ipsis ad Gillemansium ; nihil item falsi attribuerit , oportet, in litteris ad Innocentium . Nihil autem falsi attribuit Palafoxius Jesuitis in Epistolis ad Gillemansium ; quibus Epistolis etsi comprehensa Supplementarius queritur capita illa tria imputationum ; tamen nullius ipsarum imputationum in Epistolis iisdem, vel umbra apparet. Nihil ergo falsi Jesuitis attribuit Palafoxius in litteris ad Innocentium . Videsne , ut tela , quæ in Palafoxium jaciunt Accusatores, in eos recidant, ipsosque confodiant? Dixi de Epistolis ad Gillemansium, quasi a Nostro Antistite scriptis. Ceterum vereor, ne

ligis) facta mentio; aut ſtudiorum, quæ in Galliis adhiberentur, cauſſa lædendæ exiſtimationis Societatis in eo, quod ad moralem ejus doctrinam pertinebat? Nihil hic tibi prodeſſe poterunt doli, circuitioneſque veſtræ. Age affer locum. Sic autem is habet gallice: (1) „ Nous n'oublions pas „ ce que nous avons reſolou de faire contre „ ces nouvelles, & dangereuſes opinions; „ & nous pourrons bien, quelques Prelats, „ & principalement M.r le Cardinal de „ Tolede & moy envoyer un homme exprés à Rome, qui n' y aura point d'autre affaire que de ſolliciter, qu' on declare que la plûpart ne ſe peuvent ſoutenir. Je me réjouis de ce qu' on fait en „ France ſur ce ſujet „. Hoc eſt: „ Memores quidem nos erimus eorum, quæ „ facere conſtituimus adverſus haſce novas, „ damnoſaſque opiniones. Noſque Præſules ali-

ne ſuppoſitæ noſtro ipſi Præſuli fuerint; quamobrem autem verear, ſatis eſt a me indicatum ſupra. Epiſtolarum porro ad Gillemanſium, præter illa fragmenta ab Arnaldo translata in *Moralem Practicam Jeſuitarum*, nihil extat. In his porro fragmentis, ut animadverti, non modo non *repetuntur imputationes illæ falſæ* tres, ſed ne innuuntur quidem uſpiam, ut ex fragmentis ipſis, quæ poſt afferemus, conſtat.

(1) Vide *Arnaldi IV. Volumen Moralis Practicæ P. III. Art. II. pag.* 233.

„ aliquot, (præcipue vero Cardinalis Tole-
„ tanus, & ego) poterimus Romam ad id
„ unum destinate virum aliquem mittere,
„ qui nihil aliud habeat negotii, quam ut
„ declarari curet, partem majorem (*opi-*
„ *nionum earumdem*) defendi non posse.
„ Equidem gavisus de iis sum, quæ hac
„ de re sunt gesta in Galliis „. Eloquere
nunc jam, ecquid heic sit *del partito*, seu de
factione? Factionem tu voces Antistes Gal-
licanos, (1) qui in *Pirotianam* Apologiam
Casuistarum, ac in tot opinionum monstra,
atque flagitia, quæ de moribus *Apologia*
ipsa comprehendebantur, graviter animad-
vertendum judicarat? Factionem *Sorbonam*,
seu Academiam Parisiensem? Factionem
denique Jansenianam Synodos Aurelianen-
sem, ac Senonensem, a quibus agi cœ-
ptum erat in nova illa portenta effrenis in-
dulgentiæ, atque laxitatis? Quod si secus
putas (ac secus quidem putes necesse est,
ni nolis impune ferre) quæ te male sana
ratio impulit, ut de *factione*, seu *del partito*
mentionem fecisse Palafoxium, calumnia-
rere? Eja porro, demonstra, quo tandem
in earum litterarum loco Palafoxius ege-
rit de lædenda Jesuitarum fama, moralis

 ipso-

[1] *Vide* Censuras ipsor. *Edit. Parif. Senon. &c. an.* 1658. & 1659.

ipſorum doctrinæ cauſſa? An *novas*, *damnoſaſque opiniones* cenſurarum notis configi oportere dicere, quod certe unum Palafoxius dixit, idem erit, te judice, ac eſſe detrahendum, dicere, exiſtimationi Jeſuitarum? Hoc ſi ita concedis eſſe, quid erit reliqui, niſi ut una damnoſos eſſe Chriſtianæ Reipublicæ Jeſuitas confiteare, qui in *novis*, *damnoſiſque opinionibus* adſtruendis conſtitutam eſſe judicent exiſtimationem, & famam ſuam?

Nihil agit Pſeudo-Iſidorus Epiſtola falſo attributa Sancto Vincentio a Paulo.

II. Pergis, & quo factio ſpectaret, non tuis te verbis proloqui velle, dicis, ſed Sancti Vincentii a Paulo, qui Pariſiis Romam ad Arnaldi, Arnaldianique Operis *de Frequenti Communione* ſtudioſum *Miſſionarium* Argnium in hanc ſententiam ſcripſerit: „ Vix quiſquam eſt, qui primo quoque menſis Dominico die, feſtiſque diebus ſolemnioribus particeps ſit Divinorum Myſteriorum; & ſi qui ſunt, ii certe & exiguo ſunt numero, & non magnopere in Eccleſiis Regularium, niſi forte adhuc aliquantum in Eccleſiis Jeſuitarum. Quo ſane ſpectavit Dominus de Sancyrano, ut Jeſuitarum imminueret exiſtimationem. Dominus Chavignius narrabat his diebus paucis ami-

co

„ co cuidam ſuo, dictum ſibi ab eodem
„ bono Domino Sancyrano fuiſſe, ipſum
„ (*Sancyranum*) & Janſenium conſtituiſ-
„ ſe deprimere Sanctum hunc ordinem do-
„ ctrinæ, rationiſque cauſſa, qua idem Or-
„ do utebatur in adminiſtratione ſacrorum;
„ & ego quotidie fere audivi, inſtitui
„ ſermones huc pertinentes „. Intelligo
equidem, quid Sancto Vincentio a Paulo
attribuas litterarum. Sed quam vereor,
ne confictæ hæ quoque a vobis fraude fue-
rint, more veſtro. Nam 1. Etſi adverſus
Librum Arnaldi de *Frequenti Communione*
ſenſiſſe S. Vincentium a Paulo, novi (1);
hoc tamen etiam novi, non eum ſic ſta-
tuiſſe de Sancyrano, ut eſt in his, quas
ipſis affingitis, litteris (2). 2. Memini non-
nulla fuiſſe veſtra opera falſo conficta, ſan-
ctoque eidem viro attributa (3), deincepſque
in ejus vitam ab Abelio Præſule transla-
ta, conſilio, ut opinor, nutuque veſtro:
Memini doli Duacenſis: Epiſtolæ item, no-

 mi-

(1) Id ne Refractarius quidem ille negat, qui edidit opus inſcriptum: *Recueil des Pluſieurs Pieces pour ſervir a l'Hiſt. de Port Royal a Utrecht* 1740. *pag.*170.

(2) Confer teſtificationem S. Viri deſcriptam, *loco ſupra indicato*, ab Racinio. Et *Tom.II. des Memoires de M. Lancelot pag.*493. *ſq.*

(3) Sunt enim manifeſto falſa, ut ex Operibus Sancyrani, exque tabulis publicis oſtendam, ſi opus fuerit.

mine Archiepiſcopi Hiſpalenſis, eo certe neſcio, a vobis conflatæ, publicatæque memini. Velut etiam memoria teneo commenta Bourgo-Fontaniana veſtra, multaque alia, quæ vos excogitaſtis, ſcripſiſtis, diſſeminaſtis perinde ac ſi litteris mandata fuiſſent ab iis, qui tamen ipſa arbitrabantur, ſine ſummo ſcelere, ne cogitari quidem poſſe. Horum vero cum probe meminerim, cur non etiam S. Vincentio haſce litteras falſo a vobis, veſtrive ſimilibus fuiſſe, attributas, vererer? 3. Quo demum modo mihi perſuadebis, genuinas eſſe eas litteras, quas, quo ſint die, menſe, annove ſcriptæ, ignores; quarumque ſinceritas ſola nitatur teſtificatione Anonymi Scriptoris te ſane digni, cujus opuſcula a falſi nominis typographo *Botagriſo*, veſtro fuere ſumtu, ac ſtudio publicata? 4. Litteras illas in ſinceris numerari oportere qui credam, quæ componi cum Vincentianis illuſtribus monumentis nullo modo poſſe videantur? Quid? Eum ne, quem probitate morum præditum S. Vincentius teſtatus publice eſt; ductum tanta malignitate dixiſſet, ut, quemadmodum hæ litteræ tuæ ferunt, tollere ſit conatus Inſtituti Societatis exiſtimationem? Quis porro aſ-

ſen-

ſentiatur, induci a S. Vincentio potuiſſe Sancyranum ita de exiſtimatione Jeſuitarum loquentem; cum Sanctus ipſe an1639. affirmarit, (1) ſe audiſſe, ut ſibi videbatur, ab Sancyrano *laudes celebrari primorum ejus Inſtituti Sodalium; neque optari quidquam Jeſuitis mali, pro quibus ſingulis, & pro quorum Societate*, paratus idem Sancyranus eſſet ſanguinem, *vitamque profundere*, etſi adimendam ipſis judicaret eſſe facultatem tradendæ theologiæ? Age vero qui laxas in re morum opiniones ita exſecrabatur, ut eas (Abelio ſtudioſiſſimo veſtri teſte) ferendas non putaret, quo tandem jure licere ſibi exiſtimaſſet Sancyranum arguere, novis Jeſuitis, laxatæ moralis doctrinæ cauſſa, reſiſtentem; quos quidem magno numero Jeſuitas præcipuos eſſe laxitatis patronos, ac vindices intelligeret? Sed fac adeo probabiliſticarum artium ignarus; adeo imperitus rerum Sanctus Vincentius fuerit, ut Jeſuitis illis injuriam ab eo conflari exiſti-

 ma-

(1) Afſertur a Racinio *Abrége de l'Hiſtoir. Eccleſiaſtique XVII. Siecl. Article XXXI. pag.* 41. *ſqq. Tom. XIII. Edit. an.* 1767. Quod ſi hæc falſo ab Janſenianis conficta, dicent Adverſarii, de Vincentio; cur non item dicent, falſo fuiſſe conficta de Palafoxio? Quibus porro argumentis efficient, de S. Vincentio fuiſſe excogitata, quæ ex authenticis documentis, ab ſe accepta Lancelotius, Raciniuſque teſtantur?

maret, qui ipsis ethices Christianæ depravationem objiceret; an persuasione illa sua efficere Vir Sanctus potuisset, ut plures Jesuitæ non dixerint, defenderint, scripserint, quæ re ipsa dixerunt, defenderunt, scripserunt; sintque propterea non modo falsi; sed etiam hæretici e factione Jansenianorum, qui libros eorumdem Jesuitarum indicarint, quibus eadem dogmata continerentur; simplicesque ut ab iis sibi magnopere caveant, monendos putarint? Næ tu innumerabiles prope Theologos religione, pietate in Deum, virtuteque illustres; Sacrorum Præsules sane plures; atque in his S. Carolum Borromæum; Pontifices ipsos Maximos, qui & genus id dogmatum rejecerunt, & libros jesuiticos, qui ipsa comprehenderent proscripserunt; næ tu, inquam, eos Theologos, Antistites, Pontifices studuisse contendes partibus Jansenianis. Quod si contenderis, sic tibi confirmo, non ægre me laturum, si Palafoxium parem Alexandro VII. Innocentio XI. atque Alexandro VIII. feceris. Nam quod descriptis S. Vincentii litteris, concludis, perspicuum esse, Palafoxium, (qui probarit, quæ gesta adversus laxitatem opinionum moralium in Galliis fuerant) circum-

cumventum fuisse cabala Jansenianorum; non secus, mihi crede, concludi de tribus illis Pontificibus poterit, quorum prior Apologiam Casuistarum, alter opus Guimenianum, tertius peccati Philosophici monstrum damnans, re satis confirmavit, quæ iisdem de rebus ante in Galliis gesta, atque constituta fuerant.

Epistolas a Palafoxio ad Jansenianos scriptas mentitur Pseudo-Isidorus; earumque scopum falso commemorat.

III. At (1) *quod omittendum non est*, inquis, *illud est scilicet, scriptas a Venerabili Episcopo* Palafoxio *fuisse Epistolas ad Jansenianos Theologos, qui ea ætate gloriam obscurabant illustris Academiæ Lovaniensis*. Mendacia tu quidem rursum mendaciis sic agglomeras, ut caussæ tuæ plane diffidere videare. Eja affer, si potes, unam aliquam istarum Epistolarum. Sed nullam affers. Et audes tamen homo omnium mendacissime earum nobis Epistolarum scopum commemorare: „ L'oggetto, *inquis*, (2) „ di tali lettere era di trovare la maniera, „ onde frastornare nelle Fiandre la pro„ mulgazione delle Bolle Papali contro il li-

[1] Pseudo-Isidorus *ibid.* §. *XIV*. „ Ma ciò, *inquit*, „ che non deesi omettere, si è, l'avere il Venerabile Ve„ scovo scritto assai lettere a' Teologi Giansenisti, che „ di quella età oscuravano la gloria della Illustre Lova„ niese Accademia.

(2) Pseudo-Isidorus *ibid.*

„ libro, e le proposizioni di Giansenio „. Hoc est: „ Objectum talium Epistolarum „ erat, modum invenire, quo in Belgio „ impediretur promulgatio Papalium Bul- „ larum in librum, & propositiones Jan- „ senii „. O tenebræ, o labes, o Evangelicarum præceptionum oblite, Macchiavellianarum memor, tu ne, quo nullus est Decretorum Pontificiorum Clementis XIII. & Clementis XIV. irrisor, obtrectator, oppugnator acerbior? Tu, cui societatis, voluntatis, studiorum, opinionum tanta est cum iis conjunctio, qui Alexandri VII. qui Innocentii XI. qui Alexandri VIII. qui Clementis XI. qui Benedicti XIV. adversus laxitatem moralium permultarum propositionum, adversus peccati Philosophici portentum, adversus Sinicam, Malabaricamque superstitionem, oracula, modo (ubi fuit potestas) supprimere (1); modo implicare anfractu, circuitioneque verborum; modo (eadem responsa adoptantes sibi, quæ in Jansenii defensoribus detestari se, dicerent) eludere curarunt? Tu ne, inquam, conatus impediendæ publicationis *Bullarum Papalium* reum agere Palafo-

(1) Afferam documenta, si opus fuerit. Sed non esse opus arbitror. Nam hæ res notæ omnibus exploratæque sunt, qui mediocriter etiam in hujus, ac superioris Seculi Historia sint versati.

foxium non verere, quo, vidimus, Pontificiarum Constitutionum non solum, quæ ad doctrinam; sed quæ ad disciplinam etiam pertinerent, studiosiorem, atque observantiorem fuisse neminem? Annon intelligis, id te hactenus esse meritum malitia, fraudibus perpetuis, mendaciisque tuis, ut omnium sententia, indignus, cui fidendum sit, habeare? Nihil hic cunctatione est opus. Si tibi existimatio tua est curæ; fidem libera. Locum adducito, in quo Palafoxius, egerit de *impedienda Papalium Bullarum in Belgio* promulgatione. At non vidi, inquies. Unde ergo nosti, quod de scopo Epistolarum illarum Palafoxianarum tam fidenter narras? Eas, inquis, Epistolas Arnaldus vidit (1). Quid is? An eas ad Jansenianum quempiam scriptas dicit; aut legisse in iis, affirmat, quidpiam sese de impedienda *Bul-*

(1) Pseudo-Isidorus *ibid.* „ I frammenti delle quali lettere si leggono nel Tomo quarto della Morale Pratica. „ Io ne ho contate da cinque in data de' 16. Febbrajo „ 1656. de'6. Aprile 1656. de'21. Settembre 1656. de'22. „ Marzo 1657. e fino de' 22. Giugno 1658. cioè pochi „ mesi innanzi, che si morisse il Santo Prelato. Oltre „ gli squarci di queste lettere, che a maraviglia ne mostrano l'attacco alla Giansenistica fazione, e ci danno „ argomenti a credere, che ce ne avesse ammessa la dottrina, e la insegnasse nella Pastorale, havvi una ben „ lunga lettera da lui scritta all' Austriaco Governatore „ delle Fiandre in data de' 6. Aprile 1656. &c.„

Bullarum Papalium in librum; & dogmata Jansenii publicatione? Nullo prorsus modo. Quæ igitur tanta esse, tamque insignis tua nequitia potuit, ut homini & existimatione virtutis singulari, & conspicua erga Sedem Apostolicam pietate claro; eidemque mortuo malediceres; neque vero id solum, sed etiam Epistolas ab eo ad Jansenianos datas criminarere; earumque Epistolarum scopum incredibili confidentia, nihil hæsitans, commemorares; quem certe scopum ne leviter quidem Arnaldus meminisset, cujus tamen unius testimonio confidebas? Cumque jam patere mendacia tua videas, quî prodire in lucem hominum audes? Cur non opertus pudore in gurgustium te aliquod abdis ducturus in tenebris reliquum, quod tibi superest, plenæ dedecoris, turpitudinisque vitæ? Sed tuæ hoc frontis est, ut quod veritate diffidas, id te speres fallacia, impudentia, calumnia consequuturum.

Nihil est scriptum ab Arnaldo in IV.

IV. Age, refer animum sis, ad Arnaldi locum. Quid is habet? „ (1) Non minus

(1) *Tom. eod. Moralis Practicæ P. III. Art. II. pag.* 232. „ Il n' avoit pas moins d' affection pour le bien commun „ de l'Eglise dans les occasions que Dieu luy en presen„ toit. Il ressentoit sur tout les playes qu' avoient fait a la

„ nus (*quam privatum Ecclesiæ suæ*, *Pa-* „ *lafoxio*) cordi fuit commune bonum iis „ in occasionibus , quas Deus ipsi offere- „ bat . Commovebatur autem maxime vul- „ nerum caussa , quæ ethicæ Christianæ „ laxitates novorum Casuistarum inflixe- „ rant . Cujus rei authentica suppetunt in „ aliquot ejus epistolis documenta , quæ „ autographæ extant , scriptæ ad Lova- „ niensem quemdam in Theologia Licen- „ tiatum , quem Matriti cognorat , quo „ (is *Licentiatus*) missus una cum Do- „ ctore quopiam fuerat , ut negotia ge- „ reret Universitatis suæ . „ Intellextin , quinam Arnaldo teste , fuerit scopus earum Epistolarum ? *Bonum* , inquit , *commune Ecclesiæ* . Ecquod autem id erat *bonum* ? Medela nempe adhibenda *vulneribus* , quæ *laxitates novorum Casuistarum* ethicæ Christianæ intulerant . Quid ? Mederi ne hisce vulneribus , idem erit , te judice , atque *impedire Bullarum Papalium publicationem ?* Annon contra , perspicis , eo id unice spe-ctas-

Vol. Moralis Practicæ , de Epistolis Palafoxii ad Lovaniensem Gillemansium, quod efficiat , Palafoxium ipsum studuisse partibus, Jansenianis.

„ a la Morale Chrêtienne les pernicieux relâchamens des „ Casuites modernes . On en a des preuves authentiques „ par quelques - unes de ses lettres qu'on a en original, „ écrites à un Licentié en Theologie de Louvain qu' il „ avoit connu à Madrid , où il avoit êté envoié avec „ un Docteur pour les affaires de son Université „ .

ctasse, velut etiam Epistolæ ipsæ clamant, ut adversus ejusmodi laxitates *Bullæ Papales* conscriberentur, ederentur, promulgarentur, quemadmodum deinceps (invitis, indigneque ferentibus vobis) conscriptæ, editæ, promulgatæque fuerunt? Tamen ne de impedienda Bullarum Papalium promulgatione sese cogitare quisquam demonstret Epistolis iis, quarum is unicus scopus fuerit (nam eum unum tuus Auctor. Arnaldus commemorat) ut laxitates Casuisticæ, conscriptione, promulgationeque Pontificiarum Constitutionum ex ethica Christiana exterminarentur? Quis hoc sibi non dementissimus persuadeat. Nisi forte Casuisticæ laxitates tanti apud vos sint, ut qui ipsas notet, qui reprehendat, qui damnandas Sedi Apostolicæ proponat, is continuo Jansenianarum partium studiosus habendus sit, oppugnatorque propterea *Papalium Bullarum*. Sed quid, *forte*, dico, quasi dubium sit, cum etsi hoc verbis non audetis, re quidem vera palam loquamini? Improbe id quidem, ac summa Apostolicæ Sedis injuria; sed nihili vestra interest, modo ne quis vos tentet de isto licentiæ regno dejicere. Itaque Daniel Concina, Alexander Mantegazzius, Abbas Carbonaria, innume-

merabilesque prope alii Janseniani vobis fuerunt, temeratoresque propterea Pontificiarum Constitutionum, etsi damnari ab se Jansenii dogmata, sensum, librum confirmarent; ac Deum, atque homines testarentur, Constitutionem esse Pontificum Romanorum præsertim de Doctrina, deque moribus omnino nullam, cui non ex animo obtemperarent. Quid? Si ne Pontificibus quidem ipsis Maximis parcendum judicaveritis, quorum Decretis capita quædam perniciosarum illarum laxitatum damnata fuisse accepissetis? Nota sunt, quæ vos in Innocentium XI. (1) inque Benedictum XIV. scommata jaculati estis, etsi Orbis universis in utroque Petri Majestatem veneraretur, atque alterum ob eximiam san-

[1] Pugnans nescio quid hoc de genere a me in priore ad Angelopolitanos Epistola dictum, Adversarii jactitant. Redarguunt namque me, quasi & accusatum ab Sociis Jansenismi, & non accusatum Jansenismi a Sociis Innocentium XI. scripserim. Ego vero accusatum fuisse Jansenismi ab his Innocentium dixi; non accusatum, nusquam dixi. Quod autem animadverti alicubi, Innocentium, etsi scribi ad Arnaldum voluerit, litterasque ab Arnaldo acceperit, non tamen in culpam incidisse, nec notam incurrisse Jansenismi; hoc non eo animadverti, quo ab Sociis in Jansenismi invidiam non fuisse vocatum putarim; sed quo norim, neque in culpam Jansenismi reipsa incidisse Innocentium, neque revera incurrisse Jansenismi notam, nec vero curarim, quid contra Socii mentiti fuerint.

ſanctitatem vitæ, alterum ob ſingularem, qua excellebat, doctrinam ſuſpiceret. Nimirum hos quoque Janſenianis adhæſiſſe dixiſtis, violaſſeque proinde ſtatuta ſuorum Prædeceſſorum; cum tamen adſertor Conſtitutionum Apoſtolicæ Sedis adverſus Janſenii errata, nemo his eſſet conſtantior, aut certior.

Videamus rurſum de Palafoxio. *Aſſai lettere*, ſeu *magno numero* Epiſtolæ, inquis. Mine. Nam falſum iſtud eſt, *aſſai*. ALIQUAS enim Arnaldus ſingularis tuus ille teſtis, *aliquas*, inquam, non *multas*, non *magno numero* Epiſtolas dicit, ut paulo ante docui. Perge modo. Ad *Theologos*, inquis, *Lovanienſis Academiæ*. Pari mentiendi licentia utere. Unum Arnaldus nominat. Sed eum tu multiplicaſti, ut ex *Theologo*, uno, in *Theologos*, hoc eſt in *plures* evaſerit prodigio fecundæ mendaciis impotentiæ animi, & malignitatis tuæ. Addis *Janſenianos*. Quid? Idem ego ſaxum ſæpe, quando importune me cogis, volvam. Quid? inquam: Gillemanſium ullam ne Janſenianarum propoſitionum defendiſſe, legitime conſtat? Quod ſi non conſtat, quo tu ore appellare eum invidioſo Janſeniſmi audes nomine contra Sedis Apo-

ſto-

ftolicæ Conftitutiones? At is miffus una cum Rechtio ab Univerfitate Lovanienfi, & a Mechlinienfi Archiepifcopo Matritum fuerat, ut promulgationem impediret Urbanæ Bullæ editæ adverfus Librum Janfenii. Hoc non dicit Arnaldus. Fateor, inquies: at dicit Gerberonius. Næ tu egregios homines teftes appellas accufationis tuæ. Sed non reftitero. Fuerit eo nomine miffus in Hifpaniam Gillemanfius. An ei fe adjutorem ea in re præbuit Palafoxius? Minime. Nam fupra oftendimus, calumnia te fuiffe conatum, ut Venerabilem Virum in ejus criminis vocares fufpicionem (1). At Arnaldus Gillemanfium in Palafoxii cognitionem venifle fcribit, cum Gillemanfius idem Matriti ageret. Ridiculum! Quafi vero Gillemanfium tunc, Gerberonio tefte (2) non cognorit Ludovicus de Haro primus Adminiftrator Status; non cognorit fupremus Inquifitor Hifpaniarum; non cognorit Rex, qui ipfum clementer excepiffet. Quid tu. Inquifitorem, Regemque ipfum fautores pugnes fuiffe Janfenianorum? Quæ autem erit, nifi hæc fumma erit injuria? Age

(1) *Vide Tom. II. hujufce Operis pag.* 135. *fqq.*
(2) Ad an. 1649. Tom. I. pag. 288. *Edit. Amftelod. an.* 1700. *& ad an.* 1650. *pag.* 340. *&* 341. *&c.*

Age vero Sinnichium, Sanctamorium, Lalanæum, Broussæum, annon & novit Romæ Innocentius X. & sæpe ad se introductos, benigne fuit complexus, & comiter? Quin tu Innocentium etiam X. numero existimes Jansenianorum? Novit Vivam Cardinalis Ursinus, qui post ad Summum Pontificatum evectus Benedictus XIII. appellatus est, neque novit solum, sed cum eo etiam egit amice. Scilicet, hoc restat, ut Benedicto XIII. probata fuisse judices, quæ Viva de peccati Philosophici propugnatore, (1) deque eludenda laxarum propositionum damnatione turbavit. Mitto de Cardinali Tournonio viro fortissimo, qui eos norat, qui Sedis Apostolicæ Decreta in Sinicam superstitionem scripta non solum publicari nollent, sed aperte etiam oppugnarent. Mitto de Clemente XI. qui Constitutio-

(1) Nam, quemadmodum Rectius, & Gillemansius librum Jansenii proscriptum Apostolica Bulla fuisse ajebant, quod propositiones damnatas Baji contineret; sed has propositiones libro eodem contineri negabant, Jansenioque eas falso attributas, pugnabant, invidia, calumniaque Jesuitarum, *Gerberon. ad an.* 1649. *pag.* 291. *sq. Edit. ejusd.* ita Viva in *Trutina Theolog. in Propos. damnatas pag.*8. *Edit. Patavinæ an.*1709. scribit, ab Alex. VIII. confixam esse, ait, *propositionem de Peccato Philosophico*, sed eam non ita extare in Thesibus Divionensis Theologi Jesuitæ, ut a Pontifice proscripta est; quamquam contra creditum fuerit, invidia, ac malignitate Adversariorum.

tionis suæ ordientis *Ex illa die*, falsos Interpretes noverat. Quod si novit Palafoxius Gillemansium Matriti, novit hominem, cui non erat a Pontifice Maximo interdictum sacris; novit Belgam, cui per Episcopos item Belgas frui licebat Ecclesiæ communione; novit, quem Rex, tanta in Sedem Apostolicam pietate, impune, libereque in Civitate versari sinebat; quemque Supremus Inquisitor Hispaniarum congressu, colloquiisque suis dignabatur. Qua vero prudentia, qua ratione, quo jure Palafoxius, incognita caussa (cui certe cognognoscendæ impositum ipsi onus non esset) non modo condemnasset hominem, sed ne tulisset quidem, eum ad se adire, secumve agere, quem Rex, quem Archiepiscopus Toletanus, quem Antistites Belgii, quem Pontifex ipse Maximus tam a congressu Christianorum non arcerent, ut participem quoque sacrorum esse paterentur?

Fraudes deteguntur Accusatoris. Ex fragmento I. Epistolarum, quas Palafoxio Arnaldus attribuit, elici nullomodo potest, Palafoxium ipsum studuisse partibus Jansenianorum.

V. At non erat opus, inquies, ut tot ad Gillemansium Palafoxius Epistolas daret. Atque animadvertisse te, scribis, quinque ex iis Epistolis fragmenta decerpsisse Arnaldum, eaque in Volumen IV. suæ *Moralis Jesuitarum Practicæ* transtulisse, quarum quidem Epistolarum *prior scripta fuisset*

set 16. *Februarii*; *altera* 6. *Aprilis*; *tertia* 21. *Septembris ann.* 1656. *quarta* 22. *Martii ann.*1657., *quinta* 21. *Junii ann.*1658. *paucis nempe ante mensibus, quam e mortali hac vita Vir Venerabilis decessisset*. Ecce jam secundo eas tu Epistolas memoras. Quo consilio, non laboro. Quamquam erunt, qui eo te bis ipsas memorasse putent, quo multo plures numero apparerent. Priore namque loco, earum te, nullo teste adhibito, meminisse, quasi tute eas vidisses: secundo vero loco ipsas te, ac si non essent illæ, quas ante indicaveras, memorasse, Arnaldi mentione facta, ita, ut quas ille legisset, & ex quibus fragmenta decerpsisset, eas te ne vidisse quidem confiterere. Sed hæc, tametsi non inaniter de te putari intelligam; tamen, ut monui, non æque curo. Illud mihi est curæ, ut explices, quo demum ea *fragmenta* ex Epistolis Palafoxii accepta pertineant? Eo spectant, inquis, *ut mirifice* ostendant, quam Palafoxius *addictus Jansenisticæ factioni esset*; *atque argumenta suppeditent*, *credendi*, *admissam ab eo fuisse doctrinam* Jansenianorum. O scelus! Tam ne effrons es, ut adeo aperte mentiri non vereare? Cedo, quid priore fragmento contineatur. Hoc, dices: Petit

tit Palafoxius (1), ut laxæ ſibi Caſuiſtarum opiniones colligantur, quarum damnationem ipſe (adjumentis uſus Cardinalis Sandovalii, & quorumdam aliorum Hiſpaniæ Antiſtitum, atque Generalium aliquot Ordinum Religioſorum) poſtulare ab Sede Apoſtolica conſtituerat. Orat præterea Palafoxius, ut laxarum earumdem opinionum, quæ perniciosæ in Belgio haberentur, catalogus ad ſe, quam fieri cito poſſit, mittatur. Gaviſum autem ſe fuiſſe, addit; propterea quod Decretum Archiepiſcopi Machlinienſis in opiniones Caramuelis, Chriſtianæ ethices inimicas ſcriptum legiſſet. Id Decretum ea ipſa die fuiſſe ab ſe miſſum

[1] Apud Arnaldum *Tom. IV. Moral. Pract. Jeſuitar. P. III. Art. II. pag.* 233. „ 6. Avril 1656. Que l'on continue, je vous prie, de me ramaſſer les méchantes opinions des Caſuites, pour en demander la condemnation à Rome de la part de quelques Evêques. Monſeigneur le Cardinal Archévêque de Tolede (c'étoit le Cardinal Sandoval ſon intime ami) & moy, & quelques Generaux d'Ordres Religieux en feront les ſolliciteurs. Je vous prie de m'envoyer au plûtôt les opinions que l'on juge en vos quartiers n'être pas probables, ou être pernicieuſes, mais principalement celles qui ont été cenſurées par l'Univerſité de Louvain. J'ay eu bien de la joye de voir le Decret de M. l'Archévêque de Malines, qui eſt au ciel. Je l'envoye ce matin au Cardinal de Tolede, peut-être qu'il le fera imprimer, par ce qu'il y a des gens en ce pays-ci, qui ont de eſtime pour Caramuel „.

ad Cardinalem Sandovalium Archiepiſcopum Toletanum, cujus quidem cura ſperandum erat fore, ut idem Decretum typis etiam Hiſpanienſibus ederetur; ut erat opus; cum eſſent in eo Regno, qui Caramuelem plurimi penderent. Aliud quid Palafoxianum illud fragmentum continet? Sane nihil. Ecquod vero in hiſce verbis indicium eſt Palafoxianæ ad Janſenianam factionem adhæſionis? Cardinalis ne Sandovalius, & Epiſcopi Hiſpaniarum, Generaleſque Ordinum Religioſorum, quos Vir Venerabilis memorat, factionem Janſenianam conſtituebant? Quid cogitari poteſt calumnioſius? An Catalogum petere laxarum in re morali opinionum, qui Catalogus eſſet Romam mittendus ad Pontificem, argumentum eſt animi Janſenianæ factioni ſtudentis? Quid eſt, niſi hoc deterrere quemque, Janſeniſmi invidia, eſt, ut ne ad Sedem Apoſtolicam confugiat, adverſus opinionum laxitatem auxilium poſtulatum? At Catalogum hunc ab Janſeniano Palafoxius petiit. Vince, fuiſſe Gillemanſium Janſenianum. Sed hac de re dixiſſe me alio loco memini. At fac fuerit ille Janſenianus: *Quid*? Janſenianus ne item eſſet Palafoxius, qui non de gratia, deque prædeſtinatione, libe-

berove arbitrio quidquam a Gillemanſio pe-
ret ; ſed de re morum , adverſus pravas opi-
niones , quo in genere Orthodoxis cum
Janſenianis conveniret ? Næ tu ſi præ-
clara iſta arte dialectica tua uti pergas ,
innumeros Scriptores catholicos luthera-
niſmi, & calviniàniſmi argues , qui luthera-
norum , calvinianorumque adverſus ſocinia-
nos ſtudiis profecerunt . Quin etiam de ſecta
tibi Anglorum *epiſcopalium* erit continuo is,
qui Georgii Bulli Brittanni argumentis fre-
tus , vindicet ab arianiſmi infamia trium
priorum Eccleſiæ ſeculorum Patres,quam in-
famiam Patribus ipſis Petavius tuus impru-
dens aſpergere viſus eſſet . Quid ? Si orige-
nianus ? Quid? Si arianus etiam , te aucto-
re , habendus eſſet , quicumque tandem aut
ex Origenis *contra Celſum* libris , aut ex Eu-
ſebii Cæſarienſis hominis ariani *Præpara-
tione Evangelica* documenta mutuaretur ad-
verſus hoſtes chriſtianæ religionis ? Sed ra-
tiocinare tu quidem , ut voles ; hoc tamen
interea certum ſano cuique erit : non eum
eſſe in vitio , *qui* ab improbo Scriptore
quidvis boni ; ſed eum , qui pravi quidquam
probans acceperit . Cum ergo Palafoxius
nihil non veri ; nihil , quod ſubdendum
non eſſet judicio Sedis Apoſtolicæ ; nihil

 non

non optimo consilio acceperit, aut petierit a Gillemansio; fuerit is quidem Gillemansius, ut lubet, improbus, fuerit jansenianus, fuerit etiam, si placet, harminianus Grotio Petavii amico similis cujusmodi profecto non fuit; effici inde, mihi crede, non poterit, hæsisse quidquam Palafoxio in heterodoxos, refractariosve propensionis. Hæc cum de Gillemansii studio colligendarum laxarum propositionum dico, de Boonenii Archiepiscopi Mechliniensis Decreto adversus moralia Caramuelis paradoxa perscripto perinde dico; quo quidem in Decreto nihil erat, quod non ad sanctitatem ethices christianæ retinendam, tuendamque spectaret.

Quin etiam ne e ceteris quidem fragmentis earumdem Epistolarum.

VI. Produc modo fragmentum alterum Palafoxianum ex Arnaldi Volumine IV. *Moralis Practicæ Jesuitarum*. Est id de nona Epistola Provinciali. (1) Recte sane. Verum idem

(1) Ibid. *Du* 21. *Septembre* 1656. „ J'ay reçu la neuviéme lettre sur la Theologie Morale de mes bienfaicteurs. Je croy que ce sera quelque chose fort bon. „ Je la verray à loisir. Si vous pouvez avoir les autres, „ je vous prie de me les envoyer „. Jam hinc constat, eam quidem Epistolam Provincialem nonam redditam fuisse Palafoxio; nondum tamen ab eo lectam. Existimari autem a Palafoxio eam optimi quidpiam continere; sed an ipsam deinde Vir Ven. legerit, compereritque legendo, vera objici Casuistis ab Auctore, non constat. Fac vero lege-

idem quantum quantum Palafoxii voluntatem evertendæ laxitatis morum ostendit; proclivitatem vero in Jansenianam sectam nullo modo. Qua de re, quoniam dictum copiosius supra est, supervacaneum esset rursum dicere. Itaque profer tertium. In hoc grata sibi, atque jucunda (1) fuisse, Palafoxius testatur, scripta, in quibus opiniones recensebantur Casuistarum. Id autem agi in Hispaniis, ut eædem opiniones omnes singulari libello comprehen-

legerit, cur non optima, pro instituto suo, ibi reperisset; cum propositiones laxæ, quæ Epistola illa irridentur, revera extent in libris Casuistarum: cumque ipse instituisset, seriem ejusmodi propositionum texere, Romamque ad Pontificem mittere, ut ipsarum pravitas detegeretur, confligereturque Sedis Apostolicæ auctoritate? At ironiâ *Benefactores* suos Jesuitas vocat. Non nominat *Jesuitas*. Sed fac nominarit, ecquid demum admisisset culpæ? Annon pervulgatum, notumque omnibus erat, quantum ipse in America, ac Matriti etiam in Hispania passus, Sociorum opera, fuisset injuriæ, & calamitatum? Quid? Athanasium ne tu, Johannemque Chrysostomum accusabis, indignosque fuisse dices, qui in Sanctorum fastos referrentur; propterea quod alter in Historia ad Monachos, alter in suis Epistolis II. & sqq. pag. 547. *sqq.* & *CXXV. pag.*668. *sqq. T. III. Edit. Novæ Paris.* persequutus esset; quæ in se ab suis æmulis, inque Ecclesias perpetrata fuerant?

(1) Apud Arnald. ibid. Du 22. Mars 1657. ,, J'ay reçu ,, avec plaisir les Ecrits où sont rapportées les opinions ,, des Casuites. On travaille icy à en faire un qui les renferme toutes, pour l'envoyer au Pape signé des Evêques ,, d'Espagne. Je pourray bien faire une Lettre Pastorale aux Curez de mon Diocése sur cette matiere ,,.

dantur, Romamque, Episcoporum Hispanorum nomine, mittantur, ut expendi a Pontifice, notarique censura ab Apostolica Sede possint. Cogitare se denique de perscribenda Pastorali Epistola ad Parochos suæ Diœcesis contra eas tam pravas opiniones. Jam quisque videt, eodem hoc tertium, atque primum, alterumque fragmentum recidere. Expecto quartum. At est id quoque simile superiorum. Nam in hoc etiam (1) Palafoxius, quid Episcopi Hispaniarum de licentia Casuistarum in pervertenda doctrina morum constituissent, commemorat. Addit, mitti a Cardinali Sandovalio, atque ab se ipso unum aliquem posse Romam, qui ei solum rei det operam, ut perniciosæ, laxæque de moribus opiniones proscribantur. Ad extremum jucundum sibi accidisse, dicit, quod in Galliis adversus ejusmodi *laxitates* gestum fuerat. De postremo fragmento post videro. Eloquere nunc, Accusator Fratrum nostrorum, ecquid in verbis hisce Palafoxii cernas, quod efficiat, Ven. Virum animo in Jansenisticam factionem fuisse propensiore?

(1) Apud Arnaldum ibid. *De Badacondes* 21. *Juin* 1658. UN AN AVANT SA MORT. „ Nous n'oublions pas &c. Locum hunc integrum attuli pag. *hujus Vol.* 112.

re? Sed video quid agas; neque enim agis occulte. More, institutoque antiquo tuorum, indigne patere reprehendi laxas, perniciosasque Casuistarum opiniones; deferri ad Pontificem; peti, ut Apostolicæ Sedis auctoritate damnentur. Hoc tibi indicium est mirificum propensioris in factionem jansenisticam voluntatis; hoc argumentum probatæ doctrinæ Jansenianorum. Nisi enim ita aut putares ipse; aut existimari ab aliis velles; quæ te istuc insania egisset præcipitem, ut indicia proclivitatis in sectam; & argumenta probatæ doctrinæ Jansenianorum in iis Fragmentis animadverti jactares, in quibus, præter zelum reprimendæ licentiæ Casuisticæ, studiumque integritatis ethices Christianæ custodiendæ, nihil omnino reperiri posset? Quod si antehac aliquando fortasse vestra ista criminandi, invidiæque conflandæ iniquitas alicubi valuit, ne spera posthac fore perinde ut valeat. Nihil deinceps vobis artes,dolique proderunt,cum plane pateant. Una nunc ubique veritas imperium obtinet. Hanc tu, si sapies, consectabere. Sed novi ego te. Non committes certe, ut inani existimationi tuorum præferas ipsam pulcherrimam veritatem.

tem. Verumtamen vide, etiam atque etiam considera, quo in loco, quam scopuloso verſere; atque una caveto, ne dedecus augeas eorum, quorum honoris vindicandi cauſſa, omnis eſt iſta, ut falſo putas, abs te inſtitituta in Venerabilem Antiſtitem accuſatio. Illud præterea cogites, velim: in utrumque noſtrum omnium nunc oculos eſſe conjectos, qua tu accuſes fide, quaque ipſe ratione defendam. De nobis ſiquis tantulum de recta regione deflexerit, non illa tacita multorum exiſtimatio, quam tu antea (dummodo tuis, mentiens etiam, ſatisfaceres) contemnere videbare; ſed liberum Sacræ Congregationis, bonorumque omnium, ſed grave, ſed vehemens judicium conſequetur. Abi, ac ſi quis eſt monendi locus, ſcito moneri te, ut deſiſtas. Nam ſi accuſare perges, utare licet artibus, quantum voles; fac tamen tibi perſuadeas, niſi novis mendaciis, excuſari, tegive nullo modo poſſe mendacia, quibus te hactenus, & multis, & maximis implicaſti.

VIII. *Kal. Jul.*

EPI-

EPISTOLA XIII.

ALETHINUS PHILARETES

HOSII CYRIACI CANONICI OXOMENSIS

ALUMNUS

PSEUDO-ISIDORO

Quidvis potius, *quam* reformationem *ferenti*

Sanitatem mentis.

I.

JAM præter Gillemanſium, nullum video aut Belgarum, aut Gallorum fuiſſe, ad quem Palafoxius ſcripſerit; quique, etſi contra jus, & fas omne, a vobis tamen in Janſeniſmi vocaretur invidiam. Atque ad Gillemanſium quidem Palafoxius ſcripſit non plus quinquies; neve de libris, quos in Societatem compoſuiſſet; neve de rebus, quæ ad Janſeniſmum ſpectarent; ſed de ſerie laxarum in re morali propoſitionum texenda, deque ea Romam ad Pontificem mittenda; atque etiam de nova quadam Epiſtola Paſtorali, quam cogitabat adverſus eaſdem propoſitiones ad Parochos Oxomenſes dare. Qua igitur calumniandi licentia, non tu modo, neve privatim aliqui Sodales tui, ſed

Quam multa falſa complexi Gonzaleſius, ejuſque Adſiſtentes fuerint Libello ſupplici oblato Catholico Regi Carolo II. & Epiſtola Encyclica, quam miſerant ad Epiſcopos Hiſpaniarum, ut ipſis perſuaderent; junctam a Palafoxio fuiſſe cum Janſenianis conſuetudinem.

ſed omnes ad unum, in Venerabilem Virum, conjuratione facta, publice ei opponere audetis, fuiſſe illi cum hæreticis, Janſenianis, conſuetudinem Epiſtolarum, ad eoſque ipſum libros quos in Societatem ſcribebat, mittere conſueſſe; & ab iis recipere opuſcula, quæ iidem, Jeſuitarum famam exiſtimationemque læſuri, in lucem edi curaverant? Tui, inquam, Sodales Nam hæc anno 1698. Thyrſus Gonzaleſius Præpoſitus Societatis una cum Adſiſtentibus ſuis, veſtri omnium nomine, in libello ſupplici, quem deinceps typis Romanis excudi, publicarique fecit; hæc, inquam, falſa Thyrſus Gonzaleſius (pro bono, quo auctus a Venerabili Antiſtite fuerat, malum reddens) ad Carolum II. Catholicum Hiſpaniarum Regem, nulla ratione habita Majeſtatis, ſcribere non dubitavit: „ Es bien notorio a todos, lo que con eſta „ carta (a *Innocencio X.*) de un ſugeto „ tan graduado han triunfado contra la „ Compañia, y contra la Igleſia (1) los „ Hereges del Norte; particularmente los „ Janſeniſtas, con quienes eſte Prelado man-

(1) Nihil minus. Non enim, quæ male geſta ab Sociis fuerint, in Eccleſiam redundant; neque de Eccleſia triumphare hæretici umquam poſſunt.

„ mantuvo eſtrechas correſpondencias co-
„ municandoles ſus eſcritos contra la Com-
„ pañia , y recibiendo , y alabando los
„ que los Hereges divulgaban contra Ella.
„ Todo lo qual es hecho conſtante , con
„ que no es meneſter fatigar a V. Mage-
„ ſtad , cuya perſpicaz comprehenſion co-
„ nocerá deſde luego , que no pudo tener
„ buen eſpiritu quien eſcriviò tal carta
„ contro un Inſtituto aprobado por la Igle-
„ ſia con aſſiſtencia del Eſpiritu Santo ,
„ que (ſegun doctrina ſentada de los Theo-
„ logos) no la permitirà errar en la apro-
„ bacion de algun Inſtituto Religioſo , co-
„ mo ſenda Evangelica pàra el Cielo „.
Quæ verba latine reddita huc plane re-
cident : „ Eſt quidem omnibus notum ,
„ Epiſtola hac Viri tanta dignitate , Hæ-
„ reticos , qui ad Septem triones ſpe-
„ ctant, triumphaſſe contra Societatem ,
„ & contra Eccleſiam , ſpeciatim autem
„ Janſenianos , quibuſcum huic Præſu-
„ li fuere arctæ conſuetudines , cum ipſis
„ ſua ſcripta Societati adverſa communi-
„ caret ; atque reciperet , & laudaret ,
„ quæ contra eandem (Societatem) hæ-
„ retici divulgabant . Quod ſane totum
„ conſtans factum eſt ; quare non eſt ne-
ceſ-

„ cesse molestiam ea de re Majestati Ve-
„ stræ creare , cujus perspicax compre-
„ hensio statim heinc pernoscet: bono il-
„ lum spiritu duci nequivisse , qui Epi-
„ stolam ipsam scripsit contra Ordinem ,
„ seu Institutum ab Ecclesia , adsistente
„ S.Spiritu, adprobatum; qui (Sanctus Spi-
„ ritus) ut fert solida doctrina Theologo-
„ rum , non permittet eam errare in ad-
„ probatione alicujusInstituti,veluti semitæ
„ Evangelicæ, quæ iter ad Cælum paret „.
Atque hæc ille fidenter scilicet , ut so-
lent hi, suæ Societatis nomine. Verum 1. Ec-
quod istud est *factum*, quod nihil hæsitans no-
minat ? *Factum* ne ego dici patiar , quod *fa-
ctum* fuisse, nemo usquam meminerit, ne eo-
rum quidem , quibuscum , Accusator fingit,
Palafoxium junxisse consuetudinem ? Et au-
det tamen falsiloquens,id *factum* tam esse *con-
stans* contendere,ut ob illud non sit opus *fati-
gare Regem*? Quemadmodum vero fatigasset ?
Verbis ne ? At verba Regi dare quî poterat ?
Monumentis igitur . Sed his , quo tandem
modo *fatigasset* , cum extarent omnino nul-
la . 2. Quibusnam , rogo , monumentis ,
ostendere poterat : cum Jansenianis initam
a Venerabili Viro amicitiam , consuetudi-
nemve fuisse ? Profecto , si quæsitum ab Ac-
cu-

cusatore fuisset, ut eos Jansenianos indicaret; præter Gillemansium (quem tamen non video, ut liceat, reum Jansenismi facere) appellare potuisset omnino neminem. 3. Qui, rogo, fuere Janseniani, quibus Ven. Antistes *communicarit*, que scripserat in Societatem? Unum, si potis est, nominet. Quem autem? Gillemansium ne? Ne hunc quidem. Nam cum ad hunc unum, ex iis, qui Vobis suspecti Jansenismi essent, scriptæ a Palafoxio Epistolæ non plus quinque memorentur; tum nihil iis in Epistolis, aut alio ullo in monumento est, quod efficere possit, aut ex quo capere conjecturam liceat, *communicatum* Gillemansio, aut alteri cuiquam fuisse a Ven. Viro ullum eorum Operum, quæ ipse composuerat adversus artes, fallacias, atque ausus Jesuitarum. 4. Missam a Gillemansio ad Palafoxium Epistolam Provincialem IX. dicent. Dabo id equidem: Etsi est grave quidpiam, quod impediat, quo minus concedendum esse videatur. Nam autographa Epistolarum ad Gillemansium, etsi diligenter conquisita ab Archiepiscopo Mechliniensi, nusquam tamen, ut supra etiam animadverti, reperta sunt; quod magno quidem argumento esse debet,

ut

ut fuisse illas confictis fraude arbitremur. Ex una autem aliqua earum Epistolarum ; non vero ex alio ullo monumento intelligitur, missam fuisse *Epistolam* IX. *Provincialem* ad Palafoxium ; quæ Epistola a Paschalio scripta fuerat, qui etsi commisit, ut in retractariis; comisisse tamen non videtur, ut in hæreticis a quoquam Pontificum numeraretur. Sed vos nihil Pontificum Decreta, Constitutionesque moramini. Modo vestra intersit, vestro arbitratu, hæreticos constituitis eos qui neque hac sint affecti nota ab Apostolica Sede ; neque, cur afficerentur, commiserint. Sed ad rem : Patiar, ut dixi, non modo redditam Venerabili Viro, sed etiam gratam, jucundamque fuisse *Epistolam Provincialem IX.*, ut quæ nihil contineret jansenianí, sed eo solum spectaret, ut laxitates in re morali proderet quorumdam Casuistarum e Societate. Quid? An quæ dicta de quibusdam Sociorum sunt, ea continuo in Societatem recident ? Sed fac recidant, quemadmodum vos velle video : quidquam ne est in *ea Provinciali Epistola* falsi de laxis eorum Sociorum propositionibus ? Minime. Nam omnia cum textu Sociorum eorumdem diligenter compara-

ta

ta cohærent. Erit igitur, vobis auctoribus, Societas earum laxitatum rea; id, quod Gonzalesius concessisset numquam, etsi laxitates a plerisque suorum defendi & nollet ipse, & etiam scripsisset. Sed ita sunt hi homines instituti, ut fas sibi esse Socios reprehendere;aliis autem, quacumque dignitate præstent, nefas esse arbitrentur. Cur autem ea *IX. Provincialis Epistola, laxitates* exhibens Casuistarum, ingrata fuisset homini, qui studio integritatis morum ubique gentium retinendæ, corruptionisque tollendæ incensus, seriem laxarum propositionum texere; easdemque, ut Sedis Apostolicæ auctoritate configerentur, Romam ad Pontificem mittere constituisset? Quid? Annon Epistolam ipsam Provincialem nonam ad Cardinalem Sandovalium Toletanum Archiepiscopum, qui eodem delendæ laxitatis studio flagrabat, Palafoxius transmittendam duxit, ut qui prospiceret, ipsi perinde gratam futuram? Sandovalium ne, cujus olim vitam a vestris perscribi cum laude, publicarique curastis, nunc in amicos Jansenianorum, hostesque Societatis, mutata sententia, rejicietis? Quod si non audetis,cur audetis Venerabilem Palafoxium annumerare studiosis partium Jansenianarum?

Sed elatus ſtudio, longius ſum progreſſus, quam initio conſtitueram. Illud nunc paucis. Cum præter Epiſtolam Provincialem IX. in qua nihil eſt falſi, ut monui, de Jeſuitarum quorumdam laxis propoſitionibus; nihil Janſeniani; nihil quod (tum præſertim, cum nondum proſcripta eſſet) legere Epiſcopo non liceret, qui elenchum mollium in re morum, abſurdarumque propoſitionum texere decreviſſet; cum, inquam, præter unam illam *Epiſtolam Provincialem nonam*, ullum opuſculum a Refractariis editum contra Societatem, oſtendi nequeat, velut oſtendi revera nequit, miſſum a Gillemanſio, aut ab alio quopiam ad Venerabilem noſtrum Antiſtitem fuiſſe; qua conſidentia Gonzaleſius, ejuſque Adſiſtentes, Societatis Univerſæ nomine, ſcribere ad Regem non dubitarunt, plurali numero, atque univerſe, *recepta* a Palafoxio, & *laudata fuiſſe ſcripta, quæ Heretici vulgabant adverſus Societatem*? „Recibiendo, y alabando los „ que los Hereges divulgaban contra ella „ (la Compañia)„. Tantum ne ſpectrum exiſtimationis Sociorum apud vos valeat, ut ne tum quidem vobis a falſitate, mendacio, a fraudibus, temperetis, cum etiam ad Monarchas de fama, de moribus, de Religio-

gione Venerabilium Ecclesiæ Christi Antistitum, deque rebus gravissimis scribitis? Itane circumveniendos; fucis, dolisque decipiendos; deterrendos denique a suscepta protegendæ justæ caussæ cogitatione putatis Reges, modo ne quid Societas, reprehensione suorum, quidquam apud homines detrimenti ferat?

Nihil Palafoxio cum hæreticis commune fuit. Quare calumnia agunt Socii in eo libello supplici, quem obtulerunt Carolo II. Hisp. Regi.

II. At Epistola ad Innocentium, ut in supplici eodem Libello Gonzalesius monet,,: ,, Viene (el Ven. Palafox) à mancomunarse con el empeño, y en estilo con los ,, Hereges enemigos de la Iglesia, que han ,, escrito tanto contra la Compañia, que ,, sus Libros y escritos pueden llenar una ,, cumplida Bibliotheca: y assi en año de ,, 1690. publicaron un Libro impreso en ,, Frances, y sin nombre de Autor, cuyo ,, titulo era: *Historia de Don Juan de Palafox Obispo de la Puebla de los Angeles, y despues de Osma, y de las differencias, que tuvo con los Padres Jesuitas*, y es todo lo asumpto de este Libro ,, heretico persuadir al Mundo con las mismas clausulas de la carta de este Prelado, ,, que la Compañia de Jesus ha sido, y es ,, muy perniciosa a la Iglesia, y que conviene alterar su Instituto, por singular,

„ y discrepante de las demas Religiones „ . Hoc est : *Epistola illa ad Innocentium X. Palafoxius & voluntate , & stilo sese junxit hæreticis inimicis Ecclesiæ , qui tam multa scripserunt adversus Societatem , ut ipsorum libri , & scripta implere possint absolutam Bibliothecam . Atque ita quidem illi anno* 1690. *publicarunt librum scriptum gallice , & sine Auctoris nomine , cujus libri hæc erat inscriptio* . Historia D.Johannis de Palafox Episcopi Populi - Angelorum , & postea Oxomæ ; & de controversiis , quæ illi fuerunt cum Patribus Jesuitis . *Est vero totum institutum hujusce libri hæretici , ut universo mundo persuadeat verbis hujusce Præsulis , Societatem Jesu fuisse , & esse admodum perniciosam Ecclesiæ ; & ejus Institutum , ut quod singulare , & discrepans a ceteris quibusque Religiosis Ordinibus sit , mutari oportere* . Ecquid ais , Pseudo-Isidore falsiloquens ? nam te , etsi es maximus , sycophantam nihilominus appellari non patere . Neges ne , supplici hoc Libello comprehendi , quod Thyrsus Gonzalesius Societatis Præpositus , una cum Adsistentibus suis obtulit Carolo II. Catholico Regi Hispaniarum ? Quod si negare non audes , quid est , quod te conturbet , scri-

scripsisse alicubi me, opuscula, quæ his annis paucis scripta, typis excusa, vulgata contra Palafoxium sunt, accepta Sociis referri oportere (1)? An pudet nunc vos eorum, quæ olim palam vociferari, litterarum monumentis mandare, typis edere, proponere ante oculos Regibus non puduerat? Quis credat? Mutari namque apud vos, ut fert conditio locorum (2) ac temporum, loquendi ratio potest; sententia certe non potest. Nostis autem, quo nunc in

(1) Scio, quid Pseudo-Isidoriani opponant. Ajunt nempe alios item, præter Jesuitas, reperiri Palafoxii adversarios. At Gonzalesius in libello supplici ad Regem non alios memorat Adversarios Caussæ Palafoxianæ, nisi unam Societatem, eamque ob rem monet: „ Se sirva Su Magestad de contramandar en la mejor forma a su Ambaxador, ordenandole, que desista, y cesse de los oficios que lleva interpuestos a favor de dicha causa, que con tanto calor se apoya, y se contradixe en Roma, AVIENDOSE DECLARADO PARTE CONTRARIA TODA LA COMPANIA „. Sed fac sint, fuerintque alii, hi certe addicti Societati sunt, nihilque, nisi inflatu agunt Jesuitarum. Mirare autem Lector Gonzalesii Monarchæ, Optimatumque Adsistentium de Societate opinionem. Scilicet fas non esse Regi statuunt, eam tueri caussam, neve commendare, contra quam sese Societas *declararit*: quare monent Regem, ut cesset, imperetque Oratori apud Apostolicam Sedem suo, ut desistat, faciatque ejusdem caussæ commendandæ finem.

(2) Confer, quæ scribit Gramondus Lib. XV. Histor. Gall. pag. 654. Edit. an. 1643. de Responsis Cotoni Jesuitæ ajentis, *mutaretur nobis cum cælo animus &c.* Loquendi ratio dicere debuerat, non animus.

loco verſemini, quidque tempora poſtulent. Itaque quod clam veſtro calamo, veſtra opera, veſtro hortatu, veſtris artibus fit, etſi eſt revera, non vultis tamen videri, aut dici veſtrum. Sed hæc obiter. Illud nunc quæro 1. An qui contra Socios ut in invaſores Epiſcopalis Juriſdictionis, in corruptores Moralis diſciplinæ, in Rituum Sinenſium adprobatores ſcribat, huic commune quidpiam ſit cum hæreticis in eo quod ad errorem, ac malignitatem ſpectat? Si ajas; quid erit reliqui, niſi ut cum hæreticis ſeſe junxiſſe Innocentium Decimum fateare, qui litem adverſus Jeſuitas Angelopolitanos de violato epiſcopali jure ſuſceptam a Palafoxio eidem Palafoxio ſingulari Decreto adjudicavit; Decretumque ipſum denunciari Præpoſito Generali Societatis juſſit? Cum hæreticis tot Epiſcopos Galliarum, Clerum Gallicanum univerſum, tot Theologos plane Orthodoxos, qui in libros, ſententiaſque permultas plerorumque Jeſuitarum invecti ſunt, velut in eas, quibus maximum detrimentum populis inlatum eſſet? Cum hæreticis Urbanum VIII. qui Libellos, theſeſque Jeſuiticas de *gratia &c.* proſcripſerit, ut qui ſcandalo Eccleſiæ fuiſſent? Cum hæreticis Ale-

Alexandrum VII. Innocentium XI. Alexandrum VIII. qui propositiones plerasque Jesuitarum de re morali damnarunt? Cum hæreticis Clementem XI. Clementem XII. & Benedictum XIV. qui Ritus Sinicos notarunt superstitionis, quos ab Jesuitis defendi uti mere civiles scirent? Cum hæreticis Clementem XIII. qui Berruyerum Jesuitam scandali mensuram implesse testatus est? Ecquid vero dicere potes indignius? Sin vero neges, quid est, quod falsa dicere Gonzalesium inficiere, dum adeo fidenter pronunciat, communem cum hæreticis voluntatem Palafoxio fuisse, ac stilum; propterea quod Jesuitas Juris Episcopalis temeratores, defensores laxitatis, Rituum Sinensium adsertores apud Pontifidem Innocentium accusarit, rationesque proposuerit, quibus si minus finem, at modum tamen fieri tot malorum posse arbitraretur? An confugere ad Pontifificem, eique proponere, quod quis sentiat, id esse *mancomunarse* cum hæreticis statues? Quis hoc non improbissime, neve hæretico spiritu incitatus, statuendum putet? 2. Quid ad Palafoxium interfit, quod hæretici tot Libros scripserint in Societatem, qui complere absolutam possint Bibliotheca

 cam?

cam? Si nihili, ut nihili revera, quæ causſa fuit, cur Gonzaleſius, ejuſque Adſiſtentes id item magnopere ſibi eſſe in Libello ſuo ſupplici animadvertendum exiſtimarint? 3. Fac hæreticis etiam pejores fuerint ii, qui quartum Volumen Moralis Practicæ Jeſuitarum an. 1690. gallice ediderunt, quo Volumine de Hiſtoria Vitæ Palafoxii agitur, deque ejus cum Jeſuitis contentionibus; at eum Librum *hæreticum* dicere, nihil tale dicente Apoſtolica Sede, annon plenum eſt arrogantiæ; eoque unice ſpectat, ut fucus fiat Regi, qui hæc tanta confidentia jactari audiat? At proſcriptus is liber Apoſtolicæ Sedis Decreto fuit. Decretum mihi Sacræ alicujus Congregationis afferri volo, quo Volumen IV. Moralis Practicæ Vitam Palafoxii continens proſcriptum fuerit. Afferes tu fortaſſe Decreta 30. Julii an. 1671., & 27. Maji an. 1687. at in his de Volumine IV. quî fieri poterat mentio, cum an. 1690. fuiſſe editum confiteamini? Age vero, demus, ſi placet, vetitum etiam id Volumen fuiſſe, an libros, qui vetiti Congregationis Decreto ſunt, omnes eſſe vetitos putas, hæreſeos cauſſa? Hæreſeos ne cauſſa damnatos, dices, fuiſſe tot libros tuorum, ut Gabrielis Danie-

nielis, ut Theophili Raynaudi, ut sexcentorum aliorum, quos nunc numerare non vacat? Ob hæresim ne, quæ libellis, Thesibusque vestris Antuerpiæ publicatis contineantur, libellos ipsos, Thesesque fuisse ab Urbano VIII. Bulla *in Eminenti* confixos, defendes? Annon dices, aliquos saltem librorum eorumdem aut œconomiæ ratione fuisse proscriptos, aut quod editi furtim essent? Cur non idem dices de quarto illo Volumine Moralis Practicæ, quod furtim editum, etsi nihil hæretici, complecteretur, turbas tamen, vestri caussa, concitare in Ecclesia posset, quæ non fovendæ, sed impediendæ omnino viderentur? Verumtamen fac, quidpiam hæretici in eo Volumine sit, an id positum existimatis Palafoxii culpa? Qui tandem, si annis ipsis triginta ante Palafoxius obierat, quam id Volumen ederetur in lucem? 4. Ubinam Palafoxius Institutum quod Ecclesiæ probatum sit, perniciosum esse, aut fuisse umquam, affirmavit? Non ille, ad Pontificem scribens, de Instituto probato Ecclesiæ, sed de Jesuitis egit, qui ab Instituto deflexissent; quique, male bono per se Instituto usi, reformandi essent; aut si reformatione comprimi ipsorum licentia non posset, immutato qui-

buf.

busdam rebus Instituto, quibus & discreparent ab Ordinibus cæteris Religiosis, & abuti passim consuelsent, in officio continendi viderentur. Sed de Epistola ad Innocentium dabitur fortasse nobis opportunior copiose alias differendi locus.

Falsum est Epistolam Palafoxii ad Innocentium vix ac pervenit Romã apparuisse in libris Jansenianorum; nihilque officit Palafoxianæ Causæ, eam Epistolam fuisse deinceps insertam libris Jansenianorũ &c.

II. At idem Gonzalesius in Epistola Encyclica ad Episcopos Hispaniarum hæc scribit: *Esta Carta apenas llegò a Roma, quando en la Francia, y en Flandes apareciò en los libros de notorios Jansenistas, y Calvinistas; y no se duda el que no TOMARIAN este cuydado, y trabajo, sino por juzgar dicha carta papel muy proporcionado al odio, con que somejante raza de gente aborrece à la Compañia, no sin grande gloria nuestra ser de tales odiados.* Hoc est: „ Vix hæc Epistola Romam pervenerat, „ cum in Gallia, & in Belgio apparuit in „ libris notoriorum Jansenianorum, & Calvinianorum. Non dubitatur autem, eos „ id curæ atque laboris suscepturos fuisse „ numquam, nisi ejusmodi Epistolam satis „ aptum monumentum esse judicassent odio, „ quo id genus hominum execratur Societatem, non sine magna nostra gloria, ut a „ talibus odio habeamur „. Jam quorsum Gonzalesius evadat, intelligo. Argumentum

tum affert illius confuetudinis, quam a Palafoxio cum Janfenianis initam commentus fuerat; jactaveratque in fimplici libello oblato Regi. Nimirum, ut video, jam usque a multo tempore fimiles effe confuetis veftri. Non enim vobis veritas, fed una hominum de Societate exiftimatio eft curæ. Quod fane cum ex aliis plerifque, tum ex hoc Gonzalefiano loco perfpicitur. Principio autem falfum illud eft, in libris Janfenianorum, & Calvinianorum apparuiffe Epiftolam Palafoxii ad Innocentium X., cum vix ea perveniffet Romam. Non enim ante annum 1658. edita gallice fuit Parifiis, cum Romam perveniffet an. 1649. An nono poft anno editam fuiffe, idem erit, te judice, atque editam fuiffe vix, atque Romam pervenerat? Deinde falfum etiam illud eft, in Janfenianorum libris eam primum apparuiffe. Primum enim publicata ipfa fola fuit, ut dixi, gallice; non ergo in libris Janfenianorum. Poftmodum a Parochis Parifienfibus in Collectione variorum monumentorum adverfus laxiorem Ethicam. Quid vos? Parifienfes ne Parochos in turbam Janfenianorum conjicietis? Latine inde in Diario Sanctamorii apparuit, fateor, an. 1662.. Fuerit autem

San-

Sanctamorius non modo Jansenianus, sed etiam, si voles, Calvinianus; an spatium, quod ab anno 1649. ad annum 1662. intercessit, non obstat quin dici potuerit, eam Epistolam in libris Jansenianorum, & Calvinianorum apparuisse *vix*, *atque Romam pervenerat*? Falsum præterea est, Palafoxii aut opera, aut culpa, editam eamdem Epistolam ab Jansenianis, Calvinianisve fuisse. Non enim a Palafoxio missa ad ullum aut Jansenianorum, aut Calvinianorum fuerat; neve ejus aut hortatu, aut consensione ad manus cujusquam alterius, quam ad Innocentii Pontificis solum pervenerat, ut superiore Volumine demonstratum est (1). Quod si Maganus, Palafoxii Romæ Procurator ejus Epistolæ exemplum Ricciardo, ut *ibidem* ostendimus, dederat, isque Ricciardus illud cum Sanctamorio communicarat, Palafoxio ipso nesciente, immo vero ne suspicante quidem; ecquid in Palafoxium redundabit culpæ? Quin etiam falsum illud est, aptam Epistolam eamdem esse odio, quo Janseniani, Calvinianique feruntur in Societatem. Non enim quidquam illa Epistola ad eorum errores confert, quorum

(1) *Pag.*LXXVII. *sqq.Append.I.*

rum illi defendendorum cauſſa id odium ſuſceperunt. Quod ſi aptam dicitis; propterea quod, ea ipſi abuſi fuerint, erratis longe. Abutuntur enim hæretici etiam monumentis Cardinalis Tournonii, abutuntur ſcriptis S. Caroli Borromæi, abutuntur auctoritate Patrum, abutuntur ſacris Bibliis: an vos monumenta Tournonii contra ſuperſtitionem Sinenſem, monumenta Tournonii, inquam, qui publice a Clemente XI. laudatus fuit? An S. Caroli Borromæi ſcripta? An auctoritatem Patrum? An Sacra Biblia, apta defendetis, fuiſſe odio, quo hæretici feruntur in Societatem? Scilicet non quid hæretici agant, vel judicent; ſed quid res ferat, attendendum eſt. Fert autem res ipſa, nihil ut ſit in Palafoxiana Epiſtola, quod non ſit plane verum. Multis id equidem oſtenderem, ni ante me alii hoc labore perfuncti eſſent. Jam quæ vera ſunt, apta eſſe odio hæreticorum quî poterunt, cum id odium ex una oriatur pervicaci erroris propugnatione? Ex veritate autem rerum, quas Epiſtola eadem complexus Vir Venerabilis eſt, intelligi plane poteſt, quam injuria Gonzaleſius in libello ſupplici ad Regem ſcripſerit, duci *ſpiritu nequiviſſe bono eum, qui Epiſtolam illam dederit*: „Que

no

„ no pudo tener buen espiritu quien es-
„ crivio tal carta „ . Spiritu namque ma-
lo , qui *mendax fuit a principio* , incitatus
scribit , qui falsa , qui calumniâ , qui no-
cendi caussa scribit ; non qui veritatem uni-
ce consectatus , de maximis , gravissimis-
que abusionibus , quæ in ingens detrimen-
tum vergant Ecclesiæ,ni tollantur , (post pri-
vatas , publicasque admonitiones iis , qui
peccarent sine fructu adhibitas) ad unum
Pontificem , qui tot malis sua auctoritate
mederi queat , supplex scribit , ut Palafo-
xius , Christiana libertate , candide , nullo
fuco , & fallacia usus , scripsit . Nisi forte
velitis , illud evangelicum , *dic Ecclesiæ* ,
adhiberi adversus alios oportere , qui in
nos peccarint ; adversus Jesuitas vero , qui
gravius etiam peccarint , non oportere .
Quo quid dici potest absurdius . Longum
est omnia persequi, quæ Gonzalesius, ejusque
Adsistentes supplici libello ad Regem,Episto-
laque Encyclica sua ad Hispaniarum Episco-
pos complexi sunt . Et audent tamen Socii
id eniti, ac laborare , ut Regi , & Episcopis,
persuadeant Palafoxium malo spiritu incita-
tum scripsisse ? Sed vide,qua simulatione mo-
destiæ , secum ipsi pugnantes id audeant .
„ No ser , *inquiunt* , el in tento d' esse
Me-

„ Memorial , hazer oposicion de propo-
„ sito à la opinion , y categoria dè Va-
„ ron Santo , que pudiera gozar en la esti-
„ macion de muchos el dicho Don Juan
„ de Palafox , conteniendose por una par-
„ te la Compañia en los terminos ceñidos
„ de su Christiana modestia ; y no pudien-
„ do per otra parte faltar à la obligacion
„ tan apretada , que tiene de mirar por su
„ honra , sin la qual no pude ser en la
„ Iglesia instrumento util , segun su Santo
„ Instituto para la salvacion de los almas „ .
Hoc est : „ Non eo spectare Libellum illum
„ supplicem Jesuitarum, ut ex instituto ipsi
„ sese OPPONANT OPINIONI , ET CA-
„ TEGORIÆ VIRI SANCTI , qua idem
„ Dominus Johannes de Palafox gaudere
„ posset in existimatione multorum ; cum
„ Societas sese ex parte una contineat ju-
„ stis terminis suæ Christianæ modestiæ ;
„ ex altera vero parte non possit deesse
„ arctæ obligationi suæ tuendi honoris
„ sui , sine quo nequit esse in Ecclesia in-
„ strumentum utile , juxta suum sanctum
„ Institutum , pro animarum salute „ . Fi-
nibus ne Christianæ , modestiæ continetur
is , qui falsa agglomeret ? An qui Libel-
lum supplicem , epistolamque eo perscri-
bit ,

bit, ut Regi, Episcopisque, Palafoxium intemperie, spirituque non bono fuisse concitatum suadeat; iis non id agit ex Instituto, sese ut opponat existimationi pietatis, atque virtutis, qua apud multos Palafoxius ipse gaudeat? Honorem ne vos tueamini Societatis, impositis innocenti viro falsis criminibus, ut vera tegatis crimina vestrorum? Annon falsus is honor est; eoque (si persistatis) desinet, ut Socii non saluti, uti jactatis, animabus, sed detrimento esse, atque exitio videantur? Colendo, prædicandoque verum; puniendo sontes; emendando, castigandoque errantes Socios; non his dimissis, ut impune habeant; insontesque (objectis falsis criminibus) accusando Societas sibi, & mortalibus ceteris opi esse, atque saluti potest. *Dissolve colligationes impietatis*, cujusmodi sunt mendacia, contumeliæ in viros tanta morum innocentia præditos, & sanctitate &c. *solve fasciculos deprimentes*; *dimitte eos qui confracti sunt, liberos*; *& omne onus dirumpe*. *Tunc* erit tibi verus honos, & *erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur* (1). Quod si secus, ut hactenus consuesti, feceris, *æmulabere*, mihi crede, in *malignan-* ti-

[1] *Isaiæ Cap. LVIII. v. sqq.*

tibus. Qui autem *malignantur extermina-buntur*.. *& adhuc pusillum & non erit pec-cator*, *& queres locum ejus*, *& non inve-nies* (1). At de consuetudine quidem, quam a Palafoxio cum Jansenianis junctam fuisse, commenti estis calumniâ; deque fragmentis Epistolarum Palafoxio eidem ab Arnaldo ad-scriptis, satis me arbitror dixisse.

III. Sed video nutare te, quibusque fragmentis mirifice demonstrari, ajebas, propensam in Jansenianos Palafoxii vo-luntatem, iisdem illam minime demonstra-ri, tecum ipsum stultissime pugnantem, dicere (2). Nam ad nonam Adnotationem tuam

Pugnantia loquitur Pseudo-Isidorus. Si quid in Epistolis ad Gillemāsium Palafoxio attributis fuisset factioni Jāsenianæ favēs, id Arnaldus nō prætermisisset.

(1) *Psal. XXXVI. v. 1. 9. 10.*

(2) Nam dum §. XIV. Pseudo-Isidorus hæc scribit: „ Oltre GLI SQUARCI DI QUESTE LETTERE, „ CHE A MARAVIGLIA NE MOSTRANO L'AT-„ TACCO ALLA GIANSENISTICA FAZIONE; E „ CI DANNO ARGOMENTI A CREDERE, CHE „ NE AVESSE AMMESSA LA DOTTRINA, e la „ insegnasse nella sua Pastorale „ &c. quibus verbis plane pronunciat, ex Fragmentis illis mirifice ostendi, adhæsisse Venerabilem Virum factioni Jansenianæ: dum hæc, in-quam, scribit; nos rejicit ad Adnotationem suam *nonam*, ex qua intelligitur, nihil fragmentis iisdem comprehen-di, unde colligi queat adhæsisse Palafoxium factioni Jan-senianorum. Hæc vero, ni pugnent cum iis, quæ modo e §. ejus XIV. descripsimus, quid esse queat pugnans, non video. *Adnotatio* autem illa *nona* sic habet: „ Attesta Ar-„ naldo di aver vedute intiere, e ne' loro stessi origina-„ li „. (Mentitur Pseudo-Isidorus. Non enim quod scri-bit,

tuam nos amandare non dubitas, in qua monueras, quæri integras, expendique Epi-

bit, confirmari testificatione Arnaldi potest. Arnaldus enim extare Epistolarum illarum autographa monet, (ut supra pag. 122. hujus Volum. *sq. not.* 1., constitit; se vero vidisse, non item monet). „ Queste stesse lettere di Monsignore, di cui egli non rapporta nel Tomo IV. della Morale, che soli spezzoni. Or dovrebbe, chi dee per offizio giudicare di questa causa, cercare di averle tutte sotto degli occhi. Dico ciò, perchè Arnaldo uomo accorto, ch' egli era, avrà potuto dalle lettere Palafossiane trascerre quegli squarci, che a suo avviso non fossero da recar nocumento alla Causa della Canonizazione di lui. Nè vano è il sospetto, posta massimamente quella sollecitudine, ch' egli si prende per la celebre lettera del 1649. al Papa Innocenzio, ed avrebbela voluta soppressa a questo fine, che non fosse d' intoppo al corso della Canonizazione futura „. Jam si Arnaldus ea fragmenta describens, ut erat catus, prætermisit, quæ obstaculo esse posse arbitrabatur Canonizationi Palafoxianæ; prætermisit certe quidquid esse posset in Epistolis illis indicii in Jansenianos proclivitatis; cum plane ipse sciret, id fuisse Canonizationi obstaculo futurum. Nihil ergo est indicii in fragmentis illis Palafoxianæ in Jansenianorum factionem propensionis. Jam perspicua satis est levitas Pseudo-Isidoriana, quæ dummodo rem implicet, non æque attendit, an pugnantia probet. De §. VII. Epistolæ suæ *ad Schiaram*, ad quem §. Pseudo-Isidorus nos rursum rejicit, egi copiose Tom. II. hujus operis pag. 236. sqq. & in Append. I. ejusd. Vol. pag.CXVI. *sqq.* Quod Pseudo-Isidorus cavet, quærendas esse Epistolas, e quibus fragmenta quædam Arnaldus decerpsit, curatum est diligenter. Eas Archiepiscopus, qui nunc Mechliniensem Ecclesiam moderatur, diligenter conquisitas nusquam reperit, id quod efficit, eas aut periisse, aut non fuisse perscriptas a Palafoxio, sed potius confictas fraude ab *Impostoribus*, quorum est in utraque factione festiva copia. Quamquam

Epiſtolas illas Palafoxii a judicibus oportere. Arnaldum enim, qui *fragmenta* inde acceperat, quædam prætermittere potuiſſe, quæ obſtaculo eſſe Palafoxianæ *Canonizationi* exiſtimaſſet. Animadvertis porro, non eſſe inanem iſtam ſuſpicionem tuam, cum Arnaldus idem (ut §. VII. tuæ Epiſtolæ dixeras) Epiſtolam ad Innocentium X. eo nomine ſupprimi optaſſet, quo nil eſſet impedimento, quin Vir Venerabilis in Sanctorum numerum referretur. Quod ſi vera prædicas, quo tandem modo quidquam tu in fragmentis non prætermiſſis ab Arnaldo reperies aut indicii *Palafoxianæ* erga *factionem janſeniſticam voluntatis*; aut *argumenti probatæ a Palafoxio doctrinæ Janſenianorum?* Nam ſi ea (te ipſo teſte) prætermiſit Arnaldus, quæ obſtare Palafoxianæ apotheoſi poterant; obſtarent autem, (ut res eſt, ac tute agnoſcis) quævis indicia, & argumenta ſive voluntatis in factionem, ſive probatæ doctrinæ Janſenii; quid, rogo, ſupererit, niſi, ut quodvis eorum in-

L 2 dicio-

quam ſi a Palafoxio etiam perſcriptæ Epiſtolæ eædem fuiſſent, continuiſſentque aliquid favens Arnaldianis, id Arnaldus non prætermiſiſſet, velut non prætermiſit de Paſtorali Epiſtola e libello Domini le Roi expreſſa ſcribere, etſi ſcripſerit ſecus ac veritas poſceret, velnti a nobis eſt demonſtratum in prioribus noſtris ad Angelopolitanos Litteris.

diciorum prætermissum ab Arnaldo ; adeoque nullum ejusmodi indicium fragmentis ab Arnaldo adductis comprehendi confiteare? Reipsa igitur in *Adnotatione* tua negas, quod in tuis litteris affirmas ; nempe ; indicia in fragmentis Palafoxianis ab Arnaldo productis inesse, quæ *mirifice* ostendant studium *Palafoxii* erga *Jansenisticam factionem* ; iisdemque fragmentis *contineri argumenta*, quibus efficiatur, *probatam ei fuisse doctrinam Jansenianorum*. Ita te misere implicas falsæ accusationis scelere, debilitateque mentis, ut modus tibi nullus sit reliquus, quo expedire te, atque e laqueis, in quos te imprudens indueris, evadere posse videare. Nec enim tibi licebit dicere, Arnaldum vel non animadvertisse ea indicia, & argumenta ; vel ipsa Palafoxianæ apotheosi obstaculo futura non putasse. Nam tute commisisti, ut ne idipsum tibi deinceps dicere liceat ; cum Schiaram redarguens, tantum Arnaldo hoc in genere omni tribueris, ut nihil eum non vidisse arbitrarere (1). Sane non tam ignarus dogmatum Jansenianorum ; neque tam erat imperitus rerum Arnaldus, ut non intellige-
ret,

(1) Vide, quæ scripsimus Tom. II. hujus Operis. *Append.* I. *pag.* XLV. & XLVIII. *sq.*

ret, quæ indicia voluntatis cujusquam erga factionem Jansenianam propensæ, quæque argumenta probatæ Jansenianorum doctrinæ essent; vel ut nesciret, indicia, atque argumenta, si qua ejusmodi Palafoxius dedisset, ejusdem Palafoxii Canonizationi impedimento fuisse futura. Quid? Si etiam non is fuit Arnaldus, qui si quid in Epistolis, librisque Palafoxii reperisset, quod sibi, atque iis, quibuscum societatem inierat, faverê putasset, id sibi duceret prætermittendum, quasi officere apotheosi Venerabilis Viri posset.? Immo vero proferendum omnino in lucem hominum judicasset, ut ab iis etiam, qui sanctitatis, doctrinæque laude floruissent, confirmata fuisse dogmata demonstraret, quæ ipse, symmystæque sui defenderent. Quod exemplo constat *de la Priere &c. Guillelmi le Roi*, quo ex Opusculo cum nonnulla in suam Pastoralem Epistolam transtulisse Palafoxium Arnaldus cognosset, non solum id non tacuit, neve suppressit, sed etiam exagerando descripsit, ita, ut Epistolam eamdem Pastoralem versionem hispanicam esse statuerit indicati Opusculi *de la Priere* ab Apostolica Sede proscripti, contra certe atque res ipsa ferret; quemad-

 mo-

modum alio loco memini me docuisse. (1) De Epistola ad Innocentium quod scribis, perspicue falsum est. Tam enim longe ab ejus Epistolæ supprimendæ consilio Arnaldus abfuit, ut eam contra ipse per se divulgarit; multisque argumentis demonstrare, efficereque studuerit, errare vehementer eos, qui ipsam esse Palafoxio adimendam (2) contenderent. Qua de re mitto copiosius dicere, cum supra jam egerim diligenter, atque una ostenderim, quam sis ipse mendaciter, quamque mala fide in ea pertractanda versatus. Abi, atque una cura, ut sapias.

IV. *Kal. Jul.*

(1) Epist. I. ad Angelopolitanos. *Tom. I. hujusce Operis pag. 25. sqq. & Tom. II. pag. 67. sqq. & Append. I. Tom. II. XLV. sqq.*

(2) *Tom. II. pag. 38. sqq. & Append. I. Tom. II. pag.* XXXV. *sqq.* quo autem modo Arnaldus suppressam optasset Epistolam ad Innocentium, si eam & edi curavit in *Morali Practica Jesuitarum*, & genuinum Palafoxii foetum esse adversus Tellerium Jesuitam, defendit?

EPISTOLA XIV.

ALETHINUS PHILARETES

HOSII CYRIACI CANONICI OXOMENSIS

ALUMNUS

PSEUDO-ISIDORO

Reformationem *horrenti*

Sanitatem mentis.

I.

AD quintum nos, quod prætermiſimus, Palafoxianarum Epiſtolarum fragmentum vocas. Geram tibi morem. Verum ecquid tu inde commodi capies, qui confeſſus jam fueris, iis fragmentis, quæ Arnaldus protulit, nihil contineri, quod Janſenianæ aut doctrinæ, aut factioni favere videatur? Nam eſt id quoque fragmentum quintum editum Arnaldi opera in *quarto illo Volumine Moralis Practicæ Jeſuitarum* (1). Sed quoniam tam es inconſtans, ut quod modo confeſſus ſis, mox diffiteri non vereare; age videamus, quid eo item fragmento quinto contineatur. Eſt hæc

De quinto Palafoxianarum Epiſtolarum fragmento deſcripto ab Arnaldo agitur. Nihil item eo contineri oſtēditur favens Janſenianis.

(1) Pag. 234.

hæc autem illius summa : (1) D. Johannem ab Austria gubernacula esse Belgii suscepturum. Ad eum se libenter esse scripturum pro Lovaniensi Academia. Rursum: Scripsisse quidem se ad D. Johannem Austriacum de Academia Lovaniensi. Eas litteras se ad Gillemansium non obsignatas mittere, quas ubi Gillemansius idem legerit, obsignet, ipsique Johanni offerat. Atqui hoc illud est, inquis, (2) quod nullo est

(1) Apud Arnald. *ibid.* 16. *Fevr.* 1656. „ Don Jean d' „ Autriche s' en va être Gouverneur des Pays-bas, & „ comme Son Altesse a beaucoup de bonté pour moy, „ je luy écriray volontiers en faveur de l' Université de „ Louvain „ & *du 6. Avril. de la même année*. „ Je me „ donne l' honneur d' écrire une lettre à S.A. où je luy „ parle de l' Université de Louvain. Vous la fermerez „ apres l' avoir luê, & vous la presenterez à S. A. avec „ mes livres du Pasteur, & de l' Histoire Royale, lorsque „ vous le trouverez moins occupé „. Etsi e duabus quinque illarum Epistolarum, quas Arnaldus memorat, excerpta hæc sint; tamen, quum ad rem eamdem pertineant, quæ est de Academia Lovaniensi, sic ipsa attulimus, quasi unum fragmentum constituant.

(2) Pseudo-Isidorus ibid. §.XIV. „ Havvi una ben lunga lettera da lui (*Palafox*) scritta all'Austriaco Governatore delle Fiandre in data de'6. Aprile 1656. e fu „ mandata aperta al suddetto Gillemans, affinchè *voi la* „ *chiudiate dopo averla letta, e la presentiate a Sua Altezza, allorchè il troverete men occupato*. Cosa però trattavasi in questa lettera? La lettera era di raccomandazione per la Lovaniese Accademia ALLORA REFRATTARIA ALLE BOLLE PAPALI. Ma è ben „ da stupire, che un cattolico Vescovo scrivesse lettere (com-

est modo ferendum. Nam restitisse tunc, ais, *Papalibus* Decretis Academiam Lovaniensem; quare indignum homine Catholico, eodemq; Antistite Sacrorum fuisse, Viris ipsam potentibus, scriptis ad eos supplicibus litteris, commendare. Ego vero indignum esse, ajo, viro bene nato, dignissimum autem *morali practica* tua id, quod nunc audes; cum Palafoxium in Jansenismi crimen vocaturus, tantæ hominum multitudini invidiam allinire, turpitudinem, infamiam conere. Eja Macchiavelle noster, ostende, si potis es, Academiam Lovaniensem tunc *Bullis Papalibus* restitisse. „ Anno, *inquis*, „ 1645. die 2. Martii Innocentius X. gra„ vissima Brevia ad Marchionem de Ca„ stro Gubernatorem Belgii dedit de pro„ mulganda in ea Provincia Urbani Con„ stitutione. „. O præclarum ratiocinatorem! *Belgas* ne tu *refractarios* fuisse *Bullis Papalibus*, universe ex *Brevibus* illis Innocentianis concludes? Non equidem arbitror. Quod si id universe de Belgio non concludis, cujus quidem Belgii Innocentius

me-

„ commendatizie, per l'Accademia di Lovanio, quandò
„ un Innocenzio X. avea scritto fin da due Marzo 1645.
„ Brevi prestantissimi al Marchese di Castro Governator
„ delle Fiandre, perchè facesse promulgare nelle Fiandre
„ la Bolla di Urbano VIII.

meminit ; quæ demum ars dialectica feret, idipsum ut universe concludas de Academia Lovaniensi, cujus, ut ex verbis tuis apparet, Pontifex idem in *Brevibus* illis non meminit? Ac nisi te una malignitas ad accusandum induxisset, *Brevia* tu Pontificum Maximorum legens, cognosses non Academiam, sed aliquos tantum qui ex eo cœtu Lovaniensi essent, Pontificiis diplomatibus ausos fuisse resistere. „ Minime nos „ latet hujusmodi Constitutionem nostram „ ea, qua decuit reverentia, a PLERIS-„ QUE VESTRUM FUISSE EXCEP-„ TAM, quippe qui optime calletis vir-„ gam directionis in Pontificis dextera es-„ se publicæ incolumitatis tutelam ; atque „ eorum indicem, quæ ad rectum Salutis „ iter, sive conquirenda, sive vitanda sunt. „ Ingenti tamen animi ægritudine audivi-„ mus, ALIQUOS non defuisse, quorum „ temeritas eo prolapsa est, ut prædictam „ Constitutionem tum ob prorogatum pu-„ blicationis tempus, ac etiam quarum-„ dam interpunctionum, & litterarum men-„ da, tum ob immutatum in Coloniensi „ editione annum, inanibus scilicet argu-„ mentis, in dubium revocare, & falsita-„ tis arguere non sint veriti „. Intelligin,
ut

ut Urbanus VIII. ad Acad. Lovaniensem scribens, ann. 1643. *aliquos* fuisse Academiæ Lovaniensis Alumnos, qui refragari suæ Constitutioni non dubitassent, testatus sit; cum tamen PLEROSQUE eidem Constitutioni EA, QUA DECUIT REVERENTIA paruisse affirmarit? Quo tu igitur ore Academiæ, quæ non ab *aliquibus* quidem certe, sed a PLERISQUE constitueretur; crimini dare audes, quod vitium NON PLERORUMQUE, sed ALIQUORUM fuisse, non Tournelius, aut quisquam alius tui similis, sed URBANUS VIII. PONTIFEX docuit? Age vero, anno 1644. 20. Februarii die, ecquid Lovaniensis Academiæ Theologis, ac Professoribus Innocentius X. scripserit, consideremus. *Dilectos Filios* appellavit (1). Hoccine ille *refractarios* decorandos esse putasset nomine? Attende reliqua: „ Vestræ quidem, *inquit*, „ FLORENTI LAUDE ACADEMIÆ, A QUA „ CATHOLICAM DOCTRINAM CONTINENTER HAUSIT CHRISTIANUS ORBIS, RELIGIOSUM HUNC SENSUM HÆRERE ANIMIS CERTUM EST, EOQUE, PERSUASUM „ CONSTANTER A VOBIS AMPLECTENDUM APO-

(1) *Lovaniensis Academiæ Theologis, ac Professoribus*: è Tabulario S. Inquisitionis: *Dilecti Filii salutem, & Apostolicam benedictionem &c.*

" APOSTOLICUM URBANI VIII. DECESSO-
" RIS NOSTRI DIPLOMA. . Hanc vero per-
" petuo a vobis, Dilecti filii, eidem (Se-
" di Apostolicæ) PERSANCTE PROBATAM,
" pro ea qua vos de corde puro, & fide
" non ficta, complectimur caritate, de-
" bita Constitutionis prædictæ observan-
" tia servandam firmiter curare, in Do-
" mino monemus &c.. Religiosum ne sen-
sum erga Sedem Apostolicam animis eorum
hærere, certum esse dixisset Pontifex, quos
tam pervicaciter, ut ipse calumniare, uni-
verse refragari Sedis Apostolicæ Constitu-
tioni, sciret? Quod si martio mense anni
1645. (velut ex *Brevibus*, quæ commemoras,
falso concludis, ut vidimus) *refractariam* In-
nocentius existimasset Lovaniensem Acade-
miam, quo tandem modo secunda Septem-
bris ejusdem anni die Doctorem Sinnichium
Legatum ad se ab Academia eadem mis-
sum, non modo hortatus benigne fuisset,
ut Romæ consisteret, ubi eximia doctrina
sua utilior Ecclesiæ esse posset; sed in patriam
etiam redeuntem iis *Litteris in forma Brevis*
fuisset prosequutus, quibus & *puritas* ejus
fidei, & studium erga se, Apostolicamque (1)
Se-

[1] Affertur id Breve a Gerberonio Tomo I. *Histor. Jan-senismi pag.* 288. *Edit. Amstelod. an.* 1701. Qua ex re con-
stat,

Sedem celebrarentur? Jam vero quam refractariam Innocentius X. non putarat, cujusque legatum tam honorificis litteris comitatus fuerat; eam ne Palafoxius ita fuisset aversatus, ut Epistolas ei ad Moderatorem Belgii commendatitias negandas duceret? Quamquam si darem anno 1645. refractariam fuisse ab Innocentio X. habitam non modo aliquorum turbam, sed etiam Academiam Lovaniensem universam; qua tibi vi Dialecticæ facultatis ex *Brevibus* anno 1645. datis efficere liceret, *tunc* item eam *refractariam* fuisse, cum ejus commendandæ caussa Palafoxius litteras misit ad Austriacum Belgii moderatorem? An annus tibi 1645., quo *Brevia* illa ab Innocentio scripta dixisti, idem est, atque ann. 1656. quo datas a Palafoxio ad Austriacum litteras Arnaldus narrat, ut affirmare, nihil hæsitans, posses,

TUNC

stat, quam mentiantur graviter Accusatores, quamque se fallacem exhibeat Gerberonius. Nam si talem se exhibuisset Romæ Sinnichius, qualis & a Molinianis, & a Jansenii defensore Gerberonio describitur, numquam ejusmodi Breve a Pontifice extorsisset. Quid? Deceptum ne Innocentium dicet Pseudo-Isidorus? Utrum vero proclivius creditu arbitrantur Accusatores, ipsos ne, qui fallaces semper fuerint, mentiri; an deceptum fuisse Pontificem, postquam diu cum Sinnichio egit? Profecto primum illud quisque prudens facile concedet, qui Accusatores ipsos noverit; alterum respuet is, qui sciat, quam caverit Innocentius, ne sibi a quoquam verba darentur.

TUNC Palafoxium eas ipsas litteras dedisse, CUM INNOCENTIUS X. BREVIA eadem misisset, e quibus *Refractariam* fuisse eam Academiam argumentarere? Annis ipsis undecim, qui ab an. 1645. ad 1656. effluxerant, nihil ne accidere poterat in ea Academia voluntatum immutationis? Ergo, te judice, multo minus poterat annis quatuor, quot ab an. 1656. ad 1660. excurrisse constat. At an. 1660. Alexander VII. ad Academiam eamdem scribens, ejus *commendavit zelum*, quo Constitutionibus Pontificiis & parebat ipsa, & ut ceteri parerent, curabat (1). Alexandrum ne VII. Pontificem Maximum, vindicem acerrimum Constitutionum Apostolicarum in crimen vocabis proditæ religionis, laudatæque Refractariæ Academiæ? Id si feceris; ferent, mihi crede moderate Palafoxii admiratores, eodem abs te illum censeri loco, quo censeas Alexandrum successorem Petri. Sin contra; quid est, quod ob *Brevia* anni 1645. Palafoxium ann. 1656. pro Academia Lovaniensi scribentem damnes; Alexandrum vero an. 1660. Academiam eamdem laudantem, non damnes? Sed audi, labes, ac si potis quidem es per-

(1) Vide Tom. VI. Bullarii Ordinis Præd. *Ad an. 1660. Alex. VII. Constit. XXIII. pag. 196.*

personam hominis punctum temporis suscipe. Cognosce, jam inde ab an. 1653. vel eos quoque *aliquos*, vel partem eorum, qui Urbanæ Bullæ ante restiterant, finem tandem fecisse obstinationis suæ, cessisse Apostolicæ Sedi, suisque muneribus fungi deinceps libere perrexisse. Hujusce rei vel ipsum Gerberonium vadem esse, quo & tu utere aliquando teste, & quo nemo fuit hostis Urbanæ Bullæ sceleftior (1).

II. At anno, inquis, 1653. Innocentius X. post theologicam diligentem discussionem damnavit propositiones V. excerptas ex Augustino Jansenii; & Palafoxius tamen pro Refractariis litteras *commendatitias* scripsit (2). Pro *Refractariis*? Quibusnam tandem? Nempe pro Academia Lovaniensi. Eodem revolveris. Certum enim esse tibi video, atque constitutum, numquam calumniandi finem facere. Quid? Annon Academia Lovaniensis eodem anno (ne iis quidem ex parte saltem exceptis, qui Bullæ Urbanæ restiterant) summa consensione, & recepit

Per summam injuriã, atque calumniã Pseudo - Isidorus Academiam Lovaniensem in crimen Jansenismi vocat.

(1) Gerberon. ad *an.* 1653. *pag.* 180. *Tom. II. Edit. an.* 1700.

(2) Pseudo-Isidorus *ibid.* §. XIV. „ Scrivesse, *inquit*, „ il Palafox lettere commendatizie a favore de' Refrattari, quando dopo i teologici esami fatti solennemente „ in Roma delle cinque proposizioni estratte dall' *Augustinus*, l' istesso Papa Innocenzio aveale fulminate *l' anno* 1653.

pit Constitutionem Innocentii X. & publicavit, ejusque rei Pontificem certiorem fecit, id quod ne Gerberonius quidem negare potuit (1)? Revocasse, ne ipsam dices, quod tunc fecerat, ut anno 3. post commendari a Palafoxio non potuerit? Age vince, non calumniari te. Affer documenta. Sed quî poteris, cum nullum extet, neque extiterit umquam? Si ergo commendavit Academiam Moderatori Belgii Palafoxius, obtemperantem Pontificiis Diplomatibus, non *Refractariam* commendavit. Pergis tamen, indigneque te ferre dicis, (2) *literas*

(1) Ad an. 1653. *pag.* 180. *Edit. an.* 1700. *Tom. II.* „ Cette Faculté envoja le lendemain au Pape les mêmes „ declarations avec des lettres, où ils offroient au Pape, „ s' il le trouvoit bon, de n' ADMETTRE desormais „ PERSONNE AU DEGREZ DE L'UNIVERSITE', „ AVANT QU' IL SE SOIT OBLIGE' PAR SERMENT D'OBSERVER EXACTEMENT LA CONDAMNATION DES CINQ PROPOSITIONS.. „ La Bulle d' Innocent X. fut PUBLIEE' EN L'UNIVERSITE' LE TROISIEME JOUR DE NOVEMBRE... Enfin pour prevenir les calomnies par lesquelles on auroit pû surprendre Sa Majesté Catholique, „ toute l' Université lui écrivit le 30. de Decembre, lui „ rendant compte de sa foy & de sa SOUMISSION „ AU SAINT SIEGE, & comme sa BULLE y avoit „ été reçue & publiée &c. „

(2) Pseudo-Isidorus ibid. „ Lettere egli scrivesse commendatizie, quando il Clero di Francia congregatosi „ nel 1654. decretato avea, trovarsi realmente nell' *Augusti-*

teras commendaticias a Palafoxio fuisse scriptas, cum Clerus Gallicanus ann. 1654. decrevisset, reipsa in libro Jansenii reperiri propositiones V. ab Innocentio X. condemnatas. Tunc homo omnium audacissime Clerum Gallicanum nominare audes, cujus ita negligis auctoritatem, ut quæ ab eo Clero de Petri Aurelii opere, de ratione agendi Gondrinii Archiepiscopi Senonensis in tuos, de probabilismo, deque sexcentis aliis rebus constituta sunt, rejicere, ac si plena sint errorum, non dubites? Tournelio tuo Cleri Gallicani Decreta objicito, non Palafoxio, non Universitati Lovaniensi, non Belgis Antistitibus, qui Decretis se subjici Apostolicæ Sedis, iisque parere gloriabantur, nihilque recusabant eorum, quæ ab ipsis in propositiones illas quinque Pontifex postularat. Instas nihilosecius, atque repetitionis figura usus, ut eloquens videare: „ (1) *Litteras*, inquis, *in commenda-*

 tio-

„ *gustinus* le cinque Proposizioni da Innocenzio proscritte, e proscritte nel senso in che aveale prese l'Autore,
„ e con lettera comune del 18. Marzo 1754. ne aveano
„ ragguagliato il S.Padre? Lettere commendatizie de'Refrattarj egli scrivesse, quando il Clero medesimo spedite avea solennissime lettere a que'Vescovi, che intervenuti non erano all'Assemblea, dando loro ragione di
„ ciò, ch'erasi operato a favore della Bolla Innocenziana „?

(1) Pseudo-Isidorus ibid. „ Lettere in raccomandazione

„ *tionem Jansenianorum refractariorum scri-*
„ *psit* Palafoxius, dum *Sanctus Papa Inno-*
„ *centius, Brevi scripto die 29. Septembris*
„ *an.*1654., *laudavit zelum Gallorum Episco-*
„ *porum* qui Apostolicam Constitutionem
„ servari ubique curabant, per quam da-
„ mnata fuerat in quinque propositionibus
„ Cornelii Jansenii doctrina ejus libro con-
„ tenta, cui titulus Augustinus „. Quos
tu nobis Refractarios Jansenistas narras? An
horum usquam Palafoxius meminit? An
hos sibi esse cordi, uspiam dixit? Acade-
miam commendavit Lovaniensem, quæ
adeo parebat Constitutioni Innocentii, ut,
par Clero Gallicano studiis tuendæ verita-
tis, ad gradus etiam Theologicæ faculta-
tis evehendum esse neminem duceret, qui
non eidem Constitutioni obtemperaret; aut
non confirmaret juris jurandi religione, ei
se perpetuo obtemperaturum. Quid? Acade-
miam Lovaniensem Constitutioni Innocen-
tii X. jam usque ab an. 1653. obtemperantem
an. 1656. Palafoxius Moderatori Belgii non
commendasset? Quoties dicendum est tibi?
At

„ ne de'Giansenisti Refrattarj di Lovanio scrivesse Mon-
„ signore, quando il S. P. Innocenzio con Breve de' 29.
„ Settembre 1754. commenda meritamente lo zelo de'Ve-
„ scovi Franzesi, *quo Apostolicam Constitutionem servari u-*
„ *bique curabant &c.*

At furor est tibi in similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Itaque mox adjungis: (1) scripsisse tum pro Jansenianis Refractariis commendatitias litteras Palafoxium, cum Innocentius idem 23. Aprilis an. 1654. damnasset *scelestissimos Libros in defensionem Jansenii editos Rotomagi, Parisiis, & in Urbe ipsa Lovaniensi*. Sed neque an 1654. Palafoxius litteras dedit; neque pro Refractariis Jansenianis; sed pro Academia Lovaniensi an. 1656. dedit, quæ Academia Constitutioni Innocentii ultro, ut dixi, paruerat, neque Decreto huic, quod tu opponis restiterat. Quid? Si ne libri quidem, quos *scelestissimos*, ac pro Jansenio *editos* declaras, quid, inquam, si ne libri quidem illi ab Innocentio istis tam contumeliosis, quibus tu utere, nominibus, ac titulis notentur (2), sed eo tantum nomine proscripti dicantur, ne quis

 inde

(1) Pseudo-Isidorus *ibid.* „ Lettere in raccomandazione „ de' Giansenisti Refrattarj di Lovanio scrivesse Monsignore, quando il S. P. Innocenzio a 23. di Aprile 1654. „ proscritti avea molti sceleratissimi Libri in difesa di „ Giansenio stampati in Roan, in Parigi, e nella stessa „ Città di Lovanio?

(2) Extat id Decretum *in Indice Libror. Prohibitor. Alex. VII. pag.364. sq. Edit.Rom. an.*1664. Illud consulat Lector velim. Non enim dubito, quin sit impotentiam animi Pseudo Isidoriani, temeritatem, atque impudentiam detestaturus.

inde occaſionem probandæ damnatæ doctrinæ captet? Verumtamen veſtra ſic fert conſuetudo, ut quæ vobis Summorum Pontificum, Congregationumve Decreta diſplicent, non modo extenuetis interdum; ſed etiam odio in vos extorta vociferemini: contra vero commendetis; quæ vobis placeant, amplificetiſque mendacio, ut multo plus continere, quam Apoſtolica Sedes voluerit, videantur.

Quam ſimulate Pſeudo-Iſidorus ad Edicta Regis Gallorum, Clerique Gallicani Decreta provocet. Academia Lovanienſis nihil contra eadem Edicta, atque Decreta egit, idque ſequuta eſt, quod ei Sedes Apoſtolica propoſuerat ad ſequendum.

III. At (1) Ludovicus XIV. jam uſque a 17. Maji ann. 1565. juſſerat, ut *ſumma celebritate Breve Innocentii ad Clerum Gallicanum anno ſuperiore perſcriptum in Galliis promulgaretur: atque Gallicana Eccleſia venerabunda & Regiam Ludovici juſſionem, & Breve Apoſtolicum Innocentii exceperat, formulariumque ediderat fidei, quod ſubſcribere deberent quotquot in Academia Pariſienſi gradus obtinerent digni-*

(1) Pſeudo-Iſidorus *ibid.* „ Quando Luigi XIV. ſin da' „ 17. Maggio 1655. comandato avea, che con ogni celebrità ſi promulgaſſe per tutti i ſuoi ſtati il Breve d' „ Innocenzio, che ſulle materie Gianſeniane avea l' anno antecedente ſcritto al Clero Gallicano? Quando in „ fine la Gallicana Chieſa ricevuti con ogni venerazione „ e il real comando di Luigi, e l'Apoſtolico Breve d'Innocenzio, formato avea l' an. 1655. un formulario di „ fede, che dovrebbero in avvenire ſottoſcrivere quanti „ aveſſero grado di dignità nella Teologica Facoltà Parigina „.

gnitatis . Regis ne vos Galliæ Ludovici XIV. Edictorum pro Innocentii Brevibus mentionem audetis facere? Vos, inquam, qui Regis Ludovici XV. pro Encyclicis Benedicti XIV. litteris ad Episcopos Galliarum Rescripta ita neglexeritis, ut non dubitaveritis in easdem litteras, tanta omnium consensione celebratas, Libellos maledicentissimos intolerabili temeritate, atque impudentia scribere? Sed ea tu Edicta, ut lubet, memora; nihil enim impedio; modo ad rem conferant. Quid autem conferant? Edictis ne Regis Galliarum, Statutisve Episcoporum Gallicanorum Apostolicis *Brevibus* obtemperantium ullam intulerat Academia Lovaniensis injuriam? Nullam plane. Immo illa Cleri Gallicani, ac Regis æmulata zelum, non modo Constitutionem publicandam putavit; sed etiam decreturam se confirmavit (si Pontifici placeret) ut qui gradum essent aliquem in ea *Facultate* occupaturi, juris jurandi religione, numquam se ab Innocentii X. Constitutione recessuros, pollicerentur. Quæ ergo te ratio impulit, ut ab his jactandis abstinendum tibi non putares? An Edicta Regis Gallorum (quæ priore loco nominas, quasi plus Regi in re doctrinæ de Religione, quam Pontifici pare-

re oporteat) an edicta, inquam, Regis, Ecclesiæque Gallicanæ Decreta, Statuta, Epistolas publicari in Belgio debuisse, existimas, ab Academia Lovaniensi? Quæ jurisdictio Gallorum Episcoporum erat in Belgarum gentem, quæ sane Clerum suum, & sacrorum Præsules haberet? Quæ potestas Gallorum Principum in Hispani Monarchæ ditione? Quod si putas ea Edicta, easque Epistolas publicandas non fuisse ab Academia Lovaniensi; neque eadem Academia quidquam adversus Edicta ipsa, Epistolasque sibi arrogarat, quo tu, malum! consilio his abutere, in hac caussa; nisi ut ne verba tibi defuisse videantur, quibus etsi vis ad rem insit omnino nulla, ostenderes tamen, quantum licentia obloquendi possis? De *formulario* autem *fidei* quid loquar? Propositum ne Belgis ab Sede Apostolica fuerat? Minime. Quid igitur? *Formulam* ne *fidei* Academia Lovaniensis dedisset suis ad subscribendum, non propositam sibi ab Apostolica Sede, etsi conditam ab Episcopis Galliæ, qui nihil in Academia ipsa, nihil in Belgio Hispaniensi obtinerent auctoritatis? Recusarat ne fortasse Academia illa Constitutionibus Pontificum obsequi, iisque, ut par erat, observantiam, atque obe-

obedientiam adhibere? Nihil minus. Immo vero iis ultro paruerat, ac non modo Innocentianam, uti ſupra demonſtratum eſt; ſed etiam (cum conſtans in ſententia maneret) eam quæ deinceps ab Alexandro VII. edita eſt, non ſolum de dogmate, ſed de facto quoque Janſeniano, ſeptimo poſt die, quam reddita ipſi a Pontificis Legato fuerat, læta, conventu celebri habito (1), publicavit. Si ergo Lovanienſis Academia, quæ ab Sede Apoſtolica proponebantur, morigera, atque obſequens & admittebat ipſa, & ſuis, ut admitterent, præcipiebat; quid eſt, quod tu prætermittens tacitus, quod illa fecerat, ut debebat, ab ipſa exigas, quod non debebat; vocaturus alioquin & eam, & quotquot pro ipſa *commendatitias litteras* ſcriberent, in Janſeniſmi invidiam? Tune vero hoc audeas, nebulo, qui ut verum probas, & conſectare, quod, Clerus Gallicanus temeritatis eſſe, erroriſque plenum pronunciarit; quodque Clerus idem declararit Catholicum, id uti ſceleſtum, hæreticum, impium reſpuas? An

 non

(1) Gerberon. ad an. 1657. pag. 280. Tom. II. *Edit. an.* 1700. „ L' Internonce de Bruxelles envoia le dernier jour „ de Mars à l'Univerſité de Louvain la Conſtitution d' „ Alexandre VII. & Elle y fut reçue & publiée ſolennellement le ſéptiéme jour d'Avril „.

non tenes memoria, quæ paulo ante in Petri Aurelii opus maledicta effuderis, quod quidem opus Clerus Gallicanus, semel, iterum, tertium celebrasset uti Hierarchiæ, Sacrorumque Christianorum, adversus errores tuorum, propugnaculum; fuisque propterea sumtibus typis excudi, publicarique jussisset? Tantus igitur te stupor oppressit, vel ut verius dicam, tantus furor, ut cum te catholicum, pium, veritatis cultorem jactes, qui Cleri Gallicani acta, præceptiones, decreta impudentissime respuas; tum celeberrimam Academiam Lovaniensem, non quo quidquam molita in Cleri ejusdem Declarationem, & Formularium fuerit; sed eo nomine *Refractariam*, & *Jansenianam* vocas, quod id Formularium Cleri ejusdem non adoptasset sibi, quod ipsi sibi non esset ab Apostolica Sede propositum? Ecquod excogitari potest nequius, tuo isto, levitatis genus, quo fit, ut persona de mimo videare; nunc Decretorum Cleri Gallicani irrisor, contemptor, audacissimus impugnator; repente vindex?

IV. Et petere tamen ab Schiara non verere, homo omnium confidentissime, num quid ex te velit amplius? Quid autem velit ille ex sycophanta, qui cum se in mendacia, frau-

Quod Epistolæ Provinciales, Pauli Irenæi Opusculum, Vendrokii Ad-

fraudes, dolos, calumnias omnes ingurgitarit, tum nihil cuiquam polliceri, quam ejus generis merces possit? Sed perge, & quæ tibi supersunt, in Venerabilem Virum convomito, ut, si fieri aliquando possit, modum saltem facias mendaciorum. (1) „ Eo ipso anno, *inquis*, 1656. „ scripsit Venerabilis Episcopus Epistolam commendationis pro Theologis Jansenianorum Lovaniensibus, quo *prodiere*, inquit Tournelius, *e feraci Jansenianorum officina plures famosi libelli in contemtum Apostolicarum Constitutionum*. „ *Tres ex illis præcipue, fuere Primus Ludovici Montaltii litteræ Provinciales* „ (Epistolæ commendatæ nimium, atque caræ Præsuli nostro); Secundus *Notæ Willelmi Vendrokii* in dictas *Epistolas*; „ Tertius *Pauli Irenæi Disquisitiones* „. Qui „ libelli, cum jussu Ludovici Regis a cele-

notationes damnatæ a Ludovico Rege, indeque ab Sede Apostolica fuerint, nihil Palafoxianæ Caussæ, nihil Academiæ Lovaniensi obesse potest.

(1) Pseudo-Isidorus ibid. „ In quell' istesso anno del „ 1656. scrisse il Venerabile Vescovo la lettera di raccomandazione per li Teologi Giansenisti di Lovanio, nel „ quale *prodiere* [dice il Tournely] *e feraci Jansenianorum officina plures famosi libelli in contemptum Apostolicarum Constitutionum &c.* quali libelli fatti d' ordine del Re „ Luigi esaminare da quattro celebri Vescovi, e da nove insigni Dottori della Sorbona, e dichiarati rei di „ segnalata maldicenza, e di Eresia Gianseniana, furono „ condannati alle fiamme &c. „

„ lebribus quatuor Epiſcopis , & ab inſi-
„ gnibus Sorbonicis Doctoribus novem ,
„ expenſi , reique inſignis maledicentiæ
„ declarati , damnati ultricibus flammis
„ fuerunt „ . Iſtud ne illud erat , quo tantopere confidebas , *amplius*? Sed de Janſenianis Theologis Lovanienſibus , quos a Palafoxio Gubernatori commendatos prædicas, plus centies ex te audivi ; de quibus , cum toties convicerim te calumniæ , ſi agere rurſum vellem , inſanirem profecto tecum. De Pauli Irenæi Opuſculo , tale ut ſit , quale abs te , Tournelioque deſcribitur , non repugnabo . At hoc non modo non probatum Palafoxio , ſed ne memoratum quidem fuit . Jam Epiſtolas Provinciales priores quinque eſſe monui ſcriptas minus accurate de Gratia . Has Janſeniſmi cauſſa damnari oportuiſſe , pugnato tu quidem , ut lubet ; nihil enim impediam . Verum quid tu has Palafoxio exprobres Belgii Gubernatorem hortanti , ut patrocinium Academiæ Lovanienſis ſuſcipere ne gravetur ? Academia ne Lovanienſis eos libellos perſcripſerat ; aut ab uno aliquo ſuorum perſcriptos typis excudi , divulgarique curarat ? Auctorem ecce Provincialium Epiſtolarum Paſchalium fuiſſe ; Adnotationes vero Vendro-

drokii, Paulique Irenæi lucubrationes Nicolio acceptas referri oportere, constat. Utrumque autem hunc Scriptorem Gallum fuisse novimus, non Belgam, multoque minus Doctorem Lovaniensem. Quemadmodum igitur horum opuscula impedissent, quo minus Palafoxius ad Austriacum Belgii Gubernatorem pro Lovaniensi Academia scriberet, cui Academiæ nihil esset cum Auctoribus illis commune? An quod Gillemansius Belga, idemque *Licentiatus* Lovaniensis nonam Epistolam Provincialem ad Palafoxium ipsum miserit? At præterquam quod Gillemansius post ipsam misit, quam Palafoxius de Academia ad Austriacum scripserat (1): nihil etiam Epistola illa Provinciali continebatur, quod quidquam haberet cum Jansenismo affinitatis. Nam quanta quanta de laxis, ut supra animadverti, (2) quorumdam Jesuitarum in re morum propositionibus erat, quæ exterminandæ a libris Catholicorum viderentur, & essent.

V. At

(1) Nam ad Austriacum Gubernatorem Belgii Palafoxius scripserat 16. Febr. an. 1656. Epistolam autem Provincialem nonam receperat Septembri, aut Augusto mense ejusd. anni. Vide *Arnald. Morale Pratique pag. 233. sq.*

(2) *Pag. 93. sq. hujus Vol.*

Eadem de Clero Gallicano repetens Pseudo-Isidorus, nihil agit.

V. At nonnihil, inquis, est *amplius*. Ecquodnam id est? (1) „ Eo ipso anno Universitatem Lovaniensem commendavit „ Palafoxius, quo conventus Parisiensis est „ habitus, quo in Conventu Patres sole- „ mni in primis decreto confirmarunt, „ quidquid in Conventibus an. 1653. 1654. „ 1655. contra errores Jansenii constitue- „ rant „. Verum nihil hoc est *amplius*; nam & objectum abs te frustra paulo ante fuit; & est a nobis demonstratum, quam ab instituto sit discrepans.

Alexand. VII. in Epistola ad Gubernatorem Belgii Academiæ Lovaniensis non meminit, eamque ne indicavit quidem.

VI. Sit ita inquies; verumtamen negari nequit, eo ipso anno 1656. (1) „ pro con-

(1) Pseudo-Isidorus *ibid*.„ Più. In quell'anno stesso 1656. „ nel quale tenutasi in Parigi l'adunanza del Clero di „ Francia, con solennissimo Decreto raffermarono i Pa- „ dri cheche erasi contro gli errori di Giansenio stabilito „ nelle celebrate Assemblee degli anni 1653. 1654. 1655.

(1) Pseudo-Isidorus *ibid*. „ Ancora più. Scrisse l'ob- „ bedientissimo Palafox a vantaggio della coutumace Uni- „ versità di Lovanio in quell' anno stesso 1656. in cui „ Alessandro VII. succeduto a Innocenzio, spedì all'Au- „ striaco Governatore delle Fiandre un premurosissimo „ Breve, perchè nelle Fiandre facesse dare alle Aposto- „ liche lettere già promulgate contro la rea dottrina, „ ed eresia di Giansenio, quel corso, che I TEOLO- „ GI DELL'ACCADEMIA DI LOVANIO REFRAT- „ TARJ ALLE PONTIFICIE COSTITUZIONI „ TENTAVANO D'IMPEDIRE, DIVENUTI SEM- „ PRE PIU' ANIMOSI DALLA PROTEZIONE, „ CHE DI LORO PRENDEVANO RAGGUARDE- „ VOLISSIMI PERSONAGGI „.

„ contumaci Academia Lovanienſi litteras
„ ſcripſiſſe obedientiſſimum Palafoxium,
„ quo quidem anno Alexander VII. qui In-
„ nocentio ſucceſſerat, ad Auſtriacum Bel-
„ gii moderatorem graviſſimas litteras in
„ *Brevis forma* direxerat, quo hortatus
„ ipſum vehementer erat, ut in Belgio va-
„ lere curaret Epiſtolas Apoſtolicas ad-
„ verſus improbam Janſenii doctrinam, &
„ hæreſim promulgatas; quarum Epiſtola-
„ rum curſum Theologi Academiæ Lova-
„ nienſis, Conſtitutionibus Apoſtolicis re-
„ pugnantes, impedire tentabant, animo-
„ ſiores certe facti patrocinii cauſſa, quod
„ de ipſis ſpectabiles in primis Viri ſuſce-
„ perant „. Sperabam, quamvis non ve-
racem (quemadmodum enim verax repen-
te fieres, qui tam inveterata conſuetudine
mendacii tenerere?) at ſperabam tamen
minus te ad extremum mendacem fore.
Sed erravi; nam quo progrederis longius,
eo, ut video, te præbes mendaciorem.
Litterarum ne Alexandri ad Moderatorem
Auſtriacum Belgii meminiſſe te patiar, im-
pudens, quaſi hæ in Theologos Academiæ
Lovanienſis Apoſtolicæ Sedi reſiſtentes
ſcriptæ fuerint; cum in iis litteris neque
Academiæ; neque ullius ex eadem Academia
Theo-

Theologi facta ſit mentio ; planeque conſtet, Academiam Lovanienſem Conſtitutionibus Apoſtolicis non modo non reſtitiſſe, ſed etiam integre paruiſſe? Recita, ſcelus, eas Alexandri litteras : „ Ne permit-
„ tas pravas nonnullorum voces, ac do-
„ ctrinas latius ſerpere, proſeminarique,
„ qui, magno cum audientium ſcandalo,
„ ac pernicie damnatas jampridem ab hac
„ fidelium omnium matre, ac magiſtra
„ Cornelii Janſenii Iprenſis olim Epiſco-
„ pi ſententias, alio Sanctæ hujus Sedis
„ ſenſum, ac mentem perverſe trahentes
„ docere, & propugnare, non verentur.
„ Adeo enim palam apertum eſt, quid de
„ his propoſitionibus Beati Petri Cathedra
„ pronunciaverit, decreveritque, ut vel
„ graviter hanc contemnere, vel hujuſ-
„ modi homines ſeipſos, atque alios ſedu-
„ cere neceſſe ſit, quodque ait Propheta,
„ bonum malum, ac malum bonum dice-
„ re, ponentes tenebras lucem, ac lucem
„ tenebras. Perſequere itaque, Deo adju-
„ vante, quod coepiſti; ac terrenam, quam
„ obtines poteſtatem omnium Regi, ac
„ Dominatori ſubjice, qui ut eſt fidelis,
„ & verax, facienti tibi bona abundan-
„ ter retribuet, a quo ſecunda omnia no-
bili-

,, bilitati tuæ precamur (1) ,, . Venare nunc in hifce Pontificis verbis , nebulo, Academiæ Lovanienfis nomen . Venare Lovanienfes Theologos, qui *Conftitutionibus Pontificiis refragarentur* , *quique audaciores effent facti patrocinio virorum* dignitate, auctoritateque præftantium . Quod fi non reperis, quære , quidquam ne fit, quod in eam Academiam cadere poffe videatur. Ac fi ne id quidem ; quæ te tanta pravitas mentis tenuit, ut tam impudenti mendacio (afperfa florentiffimo coetui hominum Sedis Apoftolicæ Decretis obtemperantium Janfenifmi labe) in par crimen optimum Præfulem vocare conarere? NONNULLIS ne illis, qui ab Alexandro in iis litteris memorantur, ACADEMIAM LOVANIENSEM tam magno numero Profefforum, Doctorum, Licentiatorum, Sociorum, Difcipulorum illuftrem , ut Belgium univerfum occupare videatur ; NONNULLIS ne, inquam, illis ACADEMIAM adeo numerofam indicari , dices , neque me-

(1) Extat in Collectione infcripta : *Recueil Hiftorique des Bulles & Conftitutions, Brefs, Decrets & autres Actes concernans les Erreurs de ces deux derniers fiecles tant dans les matieres de la foy, que dans celles des mœurs depuis le Saint* Concile *de Trente jufqu' à nótre temps. A Mons, chez Gafpard Migeot* 1697. *pag.* 125. *fq.*

metues fore, ut omnes te non modo uti ſycophantam, ſed etiam ut ineptiſſimum ſycophantam convicio, ac ſibilis inſectentur? Sed fac ea indicari poſſit NONNULLORUM vocabulo; falſum id quidem, atque ineptum, ut dixi, at detur tamen; cur Alexander NONNULLOS nominavit; ACADEMIAM vero LOVANIENSEM non nominavit? An ut ejus parceret exiſtimationi? Quid igitur? Ejus ne tu, homo nihili, exiſtimationem lædas impune, cui Pontifex Maximus parcendum judicarit? Verum næ ego fruſtra bonum otium contero, qui tam multis tua iſta tam abſurda perſequar? Dices eos NONNULLOS fuiſſe Theologos quoſdam Univerſitatis Lovanienſis. Hoc tu ſane tuo arbitratu, tuoque odio in coetum illum Anti-Molinianorum dices: nam Alexander non dicit. Facito tamen, eos *nonnullos* fuiſſe tales, quales ipſos fuiſſe ſcribis. Verum quid hoc ad inſtitutum? An ex ea Academia *nonnullos* illos *Theologos* Moderatori Auſtriaco Belgii Palafoxius commendavit? Nihil certe minus. Nam Academia quidem Palafoxio; non ex Academia *nonnulli* fuerunt curæ; quare non hos ipſe, ſed eam commendandam duxit. Nihil ergo admiſit, quod incidere

me-

merito in sani cujusquam reprehensionem posset. Quid? An si *nonnulli* ejus Academiæ alumni peccaverant, universa, te judice, Academia fuit in culpa? Hoc si censes, cur non item censeas, in vitio esse Ecclesiam Catholicam, cum haud pauci Catholici improbi numerentur? Hoc vero quid fingi potest iniquius?

VII. De patronis Academiæ Lovaniensis, quod est abs te additum, nihil moror. Nam præter quam quod falsum est, præsidiis ejusmodi patronorum factam ipsam, ut scribis, fuisse animosiorem, ad rem quoque nostram non pertinet. Id nunc ex te audire cupio, quid ea, quam reprobas, Palafoxiana *commendatio* contineret? Nam si nihil Janseniani; nihil, quod ad Jansenismum posset inducere continebat; non erat profecto, cur abs te eo nomine reprobaretur. Quæro igitur ex te, quam ob rem Palafoxius commendarit Lovaniensem Academiam Austriaco Belgii Moderatori? An ut eidem Academiæ Apostolicis Constitutionibus resistenti opem ipse Moderator ferret? Negabis opinor. Fore namque intelligis, ni neges, ut rursum calumniæ convincare. An forte, ut Academiæ ipsi libera tuendarum propositionum damnatarum Jansenii po-

Epistola, quã a Palafoxio ad Belgii Gubernatorem Austriacum scriptam ferunt, nihil continet, quod efficiat, studiosum ipsũ fuisse partium Jansenianarũ.

poteſtas eſſet? Ne ob id quidem, dices. Quam ob cauſſam igitur? Taces. Sed majore ne maleficio, ac ſcelere taceas, quam loqui antehac conſueſſes, tute videris. Equidem non committam, ut quemquam lateat, quid ea omnis commendatio contineret, ne quis ſuſpicetur, quidpiam a Venerabili Viro fuiſſe ſcriptum ſecus, atque hominis vere Catholici pia inſtitutio poſceret. Itaque eſt hæç omnino illius commendationis ſumma. (1) „ Datum ab ſe, Pa-

(1) Apud Arnald. *Tom. IV. Moral. Pract. P. III. Art.II. pag.* 234. *ſq.* „ J'ay chargé le Licentié Ignace Gillemans „ qui doit rendre cette lettre à V. A. de luy préſenter „ auſſi quelques-uns de mes livres qu'on a imprimez en „ Flandres. J'eſpere qu'elle ne s'en trouvera pas im- „ portunée, étant ſi affectionée aux lettres & leur fai- „ ſant tant d'honneur. C'eſt dans cette vûë que je prens „ auſſi la liberté de ſupplier V. A. d'accorder ſa prote- „ ction à l'Univerſité de Louvain, dont les ſervices ren- „ dus au Roy nôtre maître, & à l'Egliſe Catholique con- „ tre les heréſies ſont ſi connus de tout le monde. Les „ Peres Jeſuites l'ont aſſez mal-traitée par leurs intri- „ gues, & par leur credit. Mais il eſt juſte, Monſei- „ gneur, d'honnorer les Univerſitez, & de leur conſer- „ ver leurs Privileges, comme aux ſources univerſelles „ de toutes les ſciences, & ce que ces Peres prétendent, „ quoyque peut-être par un bon zele, comme je le veux „ croire, ne paroît pas raiſonnable, qu'en matiere de „ doctrine l'Egliſe ne reſpire que par eux: & ſour-tout „ quand cela ne ſe peut faire qu'au prejudice des autres „ écoles, Univerſitez & Religions, dont la reputation „ eſt plus ancienne & mieux établie que la leur à l'égard „ de la Doctrine & de la Spiritualité „.

„ Palafoxius ſcribit, fuiſſe id negotii Gil-
„ lemanſio, ut is litteras (*de quibus agi-*
„ *mus*) una cum libellis quibuſdam ſuis
„ (*hoc eſt Palafoxianis*) Johanni Au-
„ ſtriaco Moderatori Belgii redderet „ .
Adjungit mox Palafoxius: „ Sperare ſe
„ fore , ut importunus non videatur ei
„ Moderatori Belgii , qui tam bene in
„ litteras affectus eſſet , tantumque ipſis
„ afferret decoris , atque ornamenti . Pe-
„ ti autem a Moderatoris ejuſdem Celſi-
„ tudine , ut ſuo patrocinio dignetur Lo-
„ vanienſem Academiam , cujus erga Re-
„ gem , & Eccleſiam merita ſatis eſſent ex-
„ plorate orbi univerſo perſpecta . Vexatam
„ quidem illam admodum fuiſſe exiſtimatio-
„ ne, artibuſque Jeſuitarum; ſed juſtum pla-
„ ne eſſe honorem Academiis adhibere, ut
„ quæ fontes ſint communes ſcientiarum .
„ Jeſuitas zelo agere fortaſſe bono , qui
„ tamen rationi conſentaneus non vide-
„ tur . Nam id eos eniti , ut ne ſine ipſis
„ Eccleſia reſpiret in re doctrinæ ; quod
„ fieri non poteſt, niſi detrimento alia-
„ rum Scholarum , Academiarum , Ordi-
„ num Religioſorum , quorum eſt anti-
„ quior ratione doctrinæ , ac pietatis, me-
„ liuſque conſtabilita exiſtimatio „ . Ecquid

 hic

hic de Jansenio, deque Jansenii doctrina, ac sensu est? Ecquid de Constitutionibus Pontificum Maximorum? Nec erat opus, cum explorata res esset, paruisse jam Constitutionibus iisdem Lovaniensem Academiam: quibus admissis, defendi dogmata Janseniana non poterant. At fit in litteris iisdem mentio artium Jesuiticarum. Fateor. Sed cur non fieret, si perspicuum jam erat, id Jesuitas in Belgio præsertim laborasse, ut Augustini, Thomæque doctrinâ sublatâ, solæ ubique gentium recens excogitatæ Molinæ, Suaresiive opiniones valerent, insigni Ordinum plerorumque Religiosorum damno, maximoque detrimento Cœtuum Academicorum, quorum & vetustior esset, & firmioribus fundamentis nixa celebritas? Quam tu quidem celebritatem, disrumperis, cum & cœptam jamdiu, & confirmatam videas non diuturnitate modo, sed summa etiam Christianarum omnium gentium consensione. Vana enim opinionum commenta delet dies, veritate autem fulta judicia confirmat. Nega vero, si quidem ferre os istud impudens potest; nega, inquam, Jesuitas non paucos inventa nova sua de *versatili gratia*, de *scientia media &c.* dogmatum Christianæ fidei loco in rem Christianam pu-

publicam conatos fuiſſe inducere, & vero conari pergere. Nega, abuti eos conſueſſe Apoſtolicis Conſtitutionibus, adeo ut (contra atque Pontifices Maximi voluerint, velint) veterem Thomæ, Auguſtini, Pauli Apoſtoli de *intrinſeca Divinorum gratiæ auxiliorum efficacitate*, deque *gratuita prædeſtinatione* ſententiam, veluti vi Conſtitutionum earumdem damnatam, rejicere non vereantur; (1) & Theologos, Ordines, Scholas, Academias, ni Molinæ aſſentiantur, in invidiam Bajaniſmi, atque Janſeniſmi vocent. Quod ſi negaris, convincent te orationes, theſes, libri eorumdem Jeſuitarum impudentis mendacii (2);

 con-

(1) Vide locum e *Proceſs. Verbal.Cleri Gallican.an.*1655. *&* 1656. a nobis deſcriptum ſupra hujus Voluminis *pag.*37. *ſq. not.* 2. Confer etiam *pag.* 27. *ſqq. Vol. ejuſd. not.* 2. Quæ in Auguſtini doctrinam evomuerint ſcommata Moliniani, intelligi plane poteſt e 22. propoſitionibus, quas ipſi probarunt, quæque damnatæ fuere ab Hiſpanica Inquiſitione. Vide *pag.* 103. *ſqq. hujus Vol.* Partem eorum, quæ in Auguſtinum Jeſuitæ jactarunt, complexus eſt Norisius S. R. E. Card. Vindiciis Auguſtinianis. Quod ſi Moliniani ſuæ adverſus Auguſtinum temeritats, atque impotentiæ Gerberonium teſtem volent, legant ejus Hiſtor. ad an. 1657. *pag.*383. *Tom. II. Edit. an.*1700. & Append. *ad Tom.III.*

(2) Ducheſnius Jeſuita in ſua Bajaniſmi Hiſtoria, ſeu potius fabula plena calumniæ, in præformati Bajaniſmi invidiam vocat Petrum Sotum Ordinis Prædicatorum, qui a ſynchronis Scriptoribus *præcipuus inter Theologos Sacri Con-*

convincent Pontifices Maximi, qui cum ferre æquo animo tantam criminandi licen-

Concilii Tridentini dictus est, quique singulari in existimatione doctrinæ orthodoxæ, atque virtutis fuit apud Episcopos ejus ætatis Calinum, Marinium, &c. apud Cardinales Hosium, Truchsesium, &c. & apud Pontifices Maximos, in primis autem apud Pium IV. Duchesnium ipsum egregie confutavit Josephus Augustinus Orsius Vir summus, qui post S. R. E. Cardinalis fuit *Apologetico libro* inscripto, *De Petri a Soto Ordinis Prædicatorum*, *&c Judoci Ravestein &c. cum Ruardo Tappero Epistolari Disputatione &c. Edit. Rom. an.* 1734. Bajana, Jansenianaque doctrina imbutum fuisse Cardinalem Madrutium statuit, ejus scripta carpens, Livinus Meyerus item Jesuita in commenticia Historia de *Auxiliis &c.* qui proinde vapulat a Serrio *Lib. V. Hist. de Auxiliis Sect. V. Cap.* 11. *pag.*810. *Edit. Venetæ ann.* 1740. Rursum Duchesnius *Censuras* Lovaniensem, & Duacensem, eosque, qui ipsas composuissent Bajanismi, atque Jansenismi impudenter arguit. Quare Orsius *ibid. in Præf. pag.*ix. *sqq.* „ Neminem latet, *inquit*, Belgicas adversus (Jesuitas) Lessium, & Hamelium Censuras, quamvis Romæ sæpius „ ad examen revocatas, nullo umquam Sedis Apostolicæ „ Decreto fuisse confixas. Constat, Lovanienses, quotiescumque Apostolicæ Sedi significarunt, non aliam ab ipsis „ propugnari, quam expositam in iis Censuris doctrinam, „ toties Summorum Pontificum gratulatorias litteras ac„ cepisse. Constat etiam eosdem Lovanienses, velut avi„ tam majorum suorum hæreditatem, earumdem Cen„ surarum sensus adhuc, Sede Apostolica minime refra„ gante, tueri. Denique constat, laudatas Censuras fuis„ se ab Henrico Gravio, Johanne Lensæo, & Guillel„ mo Estio viris in primis Catholicis concinnatas; a „ Belgicis Academiis, & Episcopis strenuis illo ævo, & „ egregiis Catholicæ Fidei propugnatoribus adoptatas; ac „ demum eorum fere omnium, ceterorumque Theologo„ rum suffragio, & subscriptione munitas. Qui ergo debitum

centiam nequiviſſent, coercendos ſuis Conſtitutionibus judicarunt eos, qui SS. Au-

„ tum Romanorum Pontificum Decretis obſequium Hiſtoricus (Duchesnius) non violavit, quum TOTO PASSIM in OPERE, ac præſertim Lib. III. præfatas Cenſuras VELUTI CALVINIANAE, BAJANAE, ET JANSENIANAE DOCTRINÆ SURCULOS, AC SEMINA EXAGITAVIT; ET ECCLESIAE BELGICAE DOCTORES, ACADEMIAS, ET EPISCOPOS ADEO INDIGNIS MODIS HABUIT, ET CONFICTIS AD ARBITRIUM NARRATIONIBUS ONERAVIT? „ Confer quæ ſequuntur. Orſii Liber dicatus Clementi XII. eſt. Ejus fructus fuit Duchesniani operis cita proſcriptio. Thomam præterea Lemoſium, Chriſtianum Lupum, Parochos Rotomagenſes a laxitate Caſuiſtarum abhorrentes, Janſeniſmi accuſarunt Eleutherius, ſeu Livinus idem le Meyer, quem Serrius, Lemoſii cauſſa, exagitat in Hiſtoria de Auxiliis *Lib. V. Sect. VI. Cap. III. pag.* 853.. Chriſtiani Lupi clancularios ſycophantas merito ſcilicet ipſorum arguit Joſephus Sabatinus Angelicæ Romanæ Auguſtinianorum Bibliothecæ Præfectus in *Vita ejuſdem Lupi*, ſcribitque hoc modo „ Tunc (*cum nempe ab Innoc. X. damnatæ quinque Janſenii propoſitiones fuerunt*) QUIDAM, quos inſignire exemplo, nihil refert, Lupum apud Apocriſiarium Janſeniſmi inſimulant, eumque tamquam refractarium, & turbarum concitorem accipere non timent.. Delationi facile credidit Apocriſiarius... Innocentio X. defuncto, cum in ejus locum Alex. VII. fuiſſet ſubrogatus, recruduit in Lupum perſecutio... Internuncius.. Bruxellæ agens, IISDEM criminantibus, crebris ad novum Pontificem Epiſtolis nunciabat, ni Lupus exterminaretur e Provincia, Lovanienſes Theologos ad Apoſtolicæ Sedis obſequium bona fide numquam redituros. Quibus ſane permotus Alexander, Generali dedit in mandatis, ut Lupum ad Urbem ſuo nomine evocaret. Quod cum Criminatores intellexiſſent, ut eſt ferme ſibi parum conſtans, & ſuſpicax invidentia, veriti, ne clariſſimi viri..

gustini, ac Thomæ dogmata de Prædestina-

„ ri .. innocentia .. laudes potius ipsum in Urbe, ac
„ præmia, quam pœna manerent . . . Pro-Nuncio
„ Auctores fuerunt, Pontifici scriberet, ut jussionem
„ adeundi Romam Lupo revocaret. Etsi vero hoc im-
„ petraverint, nequaquam tamen eorum e sententia ces-
„ sit. Quippe antequam hujusce rei nuncium in Belgium
„ pervenisset, jam P. Lupus Italiam versus itineri se com-
„ miserat. Qui uti Romam venit, statim a Generali ad
„ Pontificem introductus, paterne ab eo exceptus est.
„ Cum autem post pedum oscula de geniculis Pontifici ipsi
„ testaretur, integram sibi fidem erga Sedem Apostolicam
„ semper fuisse, nec quidquam minus, quam Pontificiis
„ Decretis reluctandi in suam ipsius mentem cadere po-
„ tuisse, respondit Alexander, gaudere se admodum, ac
„ valde probare, ex eo coram audire, vera non esse, quæ
„ de illo minus recte nunciabantur, ac proinde bono ani-
„ mo esset, & pro arbitrio Romæ, si vellet maneret...
„ Per hanc ergo occasionem Romæ in ipso Orbis Thea-
„ tro Lupus magis inclaruit, viris ornatissimis profun-
„ dam ejus doctrinam, atque insignem animi modera-
„ tionem effuse prædicantibus. Sed præter ceteros Lucas
„ Holstenius .. dicere solebat .. in Ecclesiastica præsertim
„ Historia neminem a se Lupo potiorem hactenus reper-
„ tum .. Statuit Alexander Romæ illum retinere, atque
„ hac de caussa singulo quoque mense congiarii loco quin-
„ que aureos ipsi jussit numerari, plures utique daturus,
„ ni Generalis .. Lupo sufficere dixisset ... Patrium so-
„ lum (Lupus) repetere decrevit. Pontifex .. suasit, ne
„ Romam desereret. Sed cum in proposito discedendi per-
„ sistere illum videret, abeundi .. veniam concessit .. ac
„ insuper benevolentiæ in argumentum, numismata com-
„ plura aurea, atque argentea &c. misit abeunti. Ce-
„ terum nil pretiosus Lupo donare potuit, QUAM AD
„ THEOLOGICAM LOVANIENSEM FACULTA-
„ TEM COMMUNIONIS, ET BENEFICENTIÆ
„ APOSTOLICAS LITTERAS, QUIBUS PRÆCLA-
„ RISSIMORUM ECCLESIÆ DOCTORUM AUGU-
STI-

natione, & gratia damnata ab Sede Apo-
sto-

„ STINI, ET THOMÆ AQUINATIS DOCTRINAM,
„ INCONCUSSAQUE DOGMATA MIRIFICE
„ COMMENDAT „. Agit inde Sabatinius de Lupi in patriam reditu, de ejus fideli opera Academiæ Lovaniensi navata, de ejus secundo adventu Romam summa Cardinalium, Pontificisque adprobatione, de reditu rursum in Belgium, deque munere quo auctus fuit regendæ primariæ Cathedræ, moxque addit: „ Nonnulli alii, quorum
„ nominibus parco, eo processere, ut virum.. in primis
„ Catholicum, ut... purum putum Jansenistam (sic
„ enim modo contumeliæ caussa a QUIBUSDAM AP-
„ PELLARI SOLENT QUICUMQUE VEL AUGU-
„ STINI DOCTRINAM SECTANTUR, VEL MO-
„ RUM LAXITATEM AVERSANTUR) apud Re-
„ gem Catholicum incusarunt, omnemque lapidem mo-
„ verunt, ut eum e Cathedra, quam nuper adeptus erat,
„ deturbarent. Nequicquam tamen: siquidem potentissi-
„ mis Pontificis Maximi litteris, atque officiis CALU-
„ MNIATORUM REPRESSA EST IMPUDENTIA„.
Satis de Christiano Lupo. Parochi Rotomagenses, post ubi per summam calumniam accusatos sese Jansenismi ab Jesuitis Brisaciero, Berardo, & Brierio conquesti sunt, an. 1656. tum *pag.* 10. opusculi inscripti: *Lettre d'un Curé de Rouen à un Curé de la Campagne sur la procedé des Curez de la dite Ville contre la doctrine de quelques Casuites pour servir de Reponse à un Libelle intitulé, Réponse d' un Teologien &c. Edit. Paris. an.* 1656. de Jesuitis agentes,
„ lorsqu' ils, *inquiunt*, se voyent blasmez, soit d' entre-
„ prendre sur la Hierarchie de l' Eglise & sur les droicts
„ des Pasteurs; soit d' autoriser les opinions plus larges
„ tout à fait prejudiciables à la pureté des mœurs, ils
„ ont presque maintenant (par une ruse ingenieuse &
„ maligne) que cette defense, où cette injure de JAN-
„ SENISTE, qui leur sert comme de Bouleuard, & de
„ dernier retranchement, où ils pensent être à couvert,
„ & d'où ils croyent impunement pouver lancer tous
„ LES TRAITS LES PLUS ENVENIMEZ DE LA
CA-

ſtolica fuiſſe dictitarent (1), *invidioſoque Janſeniſmi nomine* appellare innoxios homines, atque ab Janſenii dogmatibus abhorrentes auderent; convincent denique Benedicti XIII. (2) & Clementis XII. (3) Decreta in eos lata, qui Thomiſticæ Scholæ conflare ſtuduiſſent eam tam inſignem injuriam. Quod autem hi, ſuperioreſque Pontifices dixerunt; cur non dixiſſet

„ CALOMNIE CONTRE CEUX QUI N'EN VEU-„ LENT QU' A LEURS ERREURS „. Id quod etſi majorem in modum confirmare plurimis etiam aliis exemplis poſſimus, tamen teſtificatione Eminentiſſimi Viri Cardinalis Aguirræi erimus contenti una. „ Is (in Epiſtola ad Carolum II. Catholicum Regem Hiſpaniarum data an. 1693. cujus Epiſtolæ exemplum extat in Piſtorienſi Fabroniana Bibliotheca) ſcribit hoc modo: „ Ninguno hombre „ docto haçe caſo de eſta calunia (de Janſeniſta) ſiendo „ notorio à todos, que muchos de los Jeſuitas dieron „ eſte apellido ULTRAJOSO DE JANSENISTA AL „ SANTISSIMO PONTIFICE INNOCENCIO XI. „ que condenò tantas propoſiciones relaxadas ſuyas, y „ tanbien ponen la miſma nota a quantos Prelados, Do-„ ctores, y Eſcriptores doctos, y pios (que ſon innu-„ merables) han eſcrito, y eſcriven contra la moral „ relaxada de ellos, para diſacreditarles con el bulgo, „ que con los hombres doctos no pueden mas „.

(1) Confer Tom.I. hujus operis *pag.*16. *not.*2. quo loco attulimus Innoc. XII. verba ex *Brevi* ad Epiſcopos Belgas dato ann. 1694. non 1649. ut typographi errore ibid. legitur. Vide etiam de Clemente XI. quæ ſcripſimus Tom. eod. *pag.*161. *not.*1.

(2) Bened. XIII. In *Brev*, quod incipit, *Demiſſas Preces &c. Tom. VI. Bullarii Dominicani pag.*545. *ſq.*

(3) In ea Conſtitutione, quæ incipit: *Apoſtolicæ Providentiæ officio* 2.*Oct*.1733.*Tom.eod.Bullarii Dominicani p.*738.

ſet Palafoxius, atque ei quidem dixiſſet Provinciæ Belgicæ Moderatori, cui providendum erat, ne circumveniretur, neu celeberrimæ Academiæ noceret, quæ tantum attuliſſet & Regno, & Eccleſiæ commodorum? Quid? Pontifices ne vituperabis, ne peperciſſe Palafoxio videare? Erit hoc item improbitatis tuæ; quæ tamen non ſolum de opinione, quæ de virtute illorum eſt, nihil detrahet; ſed in ipſorum etiam nominis gloriam redundabit; cum ab improbis, ut laudari turpe plerumque ſit, ita veritatis, quam tueare, cauſſa vituperari, ſemper glorioſum. Ac de te quidem hactenus.

Refellitur Auctoris mendaciſſimi Supplementorum accuſatio de cõmendata a Palafoxio AcademiaLovanien., quæ Janſeniſmo faveret.

VIII. Nunc de ſodali illo tuo, nihilo te meliore, agam, qui conflavit mendaciſſimum opus, cujus hæc italica eſt inſcriptio: *Supplementi alle prime Animadverſioni, che contro la Cauſa del Ven. Monſignore di Palafox ha fatte Monſignor Sampieri Promotor della Fede*. Is namque in *Supplemento* 1. *pag.* 14., criminis loco poſuit Palafoxio, quod iiſdem in litteris ad Auſtriacum Belgii Moderatorem ſcripſerit, ab Jeſuitis, exiſtimatione (1), artificiiſque ipſorum, magno-

(1) Sic enim habetur apud Arnaldum *loco indicato*: „ Les Peres Jeſuites l' ont aſſez mal-traitée par leurs in-

gnopere fuisse vexatam Academiam Lovaniensem (1). Atque „ Jesuitæ quidem, *in-*
„ *quit*, in eo bello cum Theologis Catholicis,
„ cum Episcopis Galliarum, cumque An-
„ tistitibus Orthodoxis ceteris, Academiis-
„ que conjuncti erant. His omnibus Aca-
„ demia Lovaniensis pro suo Jansenio, fre-
„ ta Palafoxii patrocinio, resistebat; qua
„ de re perpetuæ fuerunt Pontificum, Pon-
„ tificiorumq; Internunciorum conquestio-
„ nes. Legatur Liber inscriptus: *Historia*
„ *D. Johannis Palafoxii Episcopi primum An-*
„ *gelopolitani, deinde Oxomensis, & de Contro-*
„ *versiis, quæ illi fuerunt cum Jesuitis*: qui
„ Liber editus est in Gallia anno 1690. est-
„ que totus pro Palafoxio, vergitque in
„ Jesuitarum infamiam „. Equidem primum

„ intrigues, & par leur credit „. Nihil heic est de Jesuitica *auctoritate*. Quare male sic verba eadem vertit Supplementarius: „ che i Gesuiti hanno trattato assai male col-
„ le loro arti, ed autorità „.

(1) „ I Gesuiti in questa guerra erano uniti co' Cat-
„ tolici Teologi, e Vescovi della Francia, anzi con tut-
„ ti gli altri Vescovi, e Università Cattoliche. L'Acca-
„ demia di Lovagno in favore del suo Giansenio, e sot-
„ to l'ombra del Palafox combatteva contro tutti essi;
„ e i Papi, e gl' Internunzj Pontificj ne menavano con-
„ tinue querele. Leggasi il libro intitolato: *Storia di D.*
„ *Giovanni Palafox Vescovo di Angelopoli, e poi d' Osma,*
„ *e delle differenze, ch' ebbe co' Gesuiti, stampato in Fran-*
„ *cia nel* 1690. ed è tutto in infamia di que' Padri, e a
„ favore del Palafox „.

mum omnium, conveniſſe Jeſuitis cum ceteris orthodoxis Theologis, Univerſitatibus, Epiſcopis, vehementer nego. Nam, ipſis vobis an. 1631. fatentibus, jam inde a multo tempore magnæ vobis cum orthodoxis Europæ Academiis fuere contentiones. Veſter enim ille, non uti ſe jactabat, *Veritatis Vindex*, ſed auctor, atque aſſertor mendaciorum, qui *Caveam Turturi* (1) adverſus Dominicum Gravinam Ordinis Prædicatorum inſignem Theologum extruxit, ac publicavit, ultro conceſſit: „ Pene omnes „ Galliarum, Hiſpaniarum, Belgii, & Ita- „ liæ Univerſitates contra Societatis pu- „ blice docendi jura, & privilegia inſur- „ rexiſſe (2) „. At de re doctrinæ, inquies, hoc eſt de Gratia, & Prædeſtinatione, non de jure docendi Supplementarius differit. Itane vero? De re doctrinæ tanta erat Jeſuitis cum Theologis, Univerſitatibus, Epiſcopiſque; quantam fuiſſe

(1) Eſt vero hæc integra operis ejuſdem inſcriptio: „ Cavea turturi male contra *Gementem* Eminentiſſimi Ro- „ berti Cardinalis Bellarmini *Columbam* exultanti, a Theo- „ logo veritatis vindice ſtructa, & a Gregorio Rieldio „ SS. Theologiæ Ducal. Coll. Eccl. apud Landishutanos „ Decano, & Sereniſſimi Electoris Bavariæ Conſiliario &c. „ publicata Monachii apud Nicolaum Henricum an.1651.„

(2) Confer Gravinam in *Congeminata voce Turturis*. *Cap. XIV. Diſcuſſion. pag.* 343. *Edit. Neapol. an.* 1633.

se tam fidenter Supplementarius narrat; consensio? Quo illa, obsecro, Dominici Gravinæ, e *Libro Pro Sacro Deposito Fidei Catholicæ* (1), spectat oratio adversus eos, qui tela in Augustinum, ac Thomam contorquere coeperant; quibusque Academiæ Lovaniensis, Duacensis, atque Salmanticensis *murum se* validum opposuerant (2)? Annon eo pertinet, ut demonstret, reprimendorum Molinianorum caussa, defensionem Augustinianæ, Thomisticæque doctrinæ ab Academiis iisdem fuisse susceptam etiam Urbani VIII. (cui Pontifici est is Liber Gravinæ (3) dicatus) tempo-

(1) Pro Sacro Deposito Fidei Catholicæ, & Apostoli- „ cæ fideliter a Romanis Pontificibus custodito, Apolo- „ geticus adversus Novatorum calumnias, & præsertim „ novissimi M. Antonii de Dominis Archi-Apostatæ Spa- „ latensis, Auctore P. M. F. Dominico Gravina Ord. Præd. „ Curiæ Archiep. Neap. Theologo, Sancti Officii Consul- „ tore, in Universit. R. Sac. Doctr. Primario Professore: „ Neapoli apud Lazarum Scorigium an. 1629.

(2) *Cap. ult. pag.* 432. „ Academiarum Lovaniensis, Dua- „ censis, & nuper Salmanticensis Doctores in solidissima „ Patrum Doctrina fundati, in Augustini, & Thomæ sa- „ pientia versati.. in propositionum qualificatione æqui „ censores, videntes in Augustinum, & Thomam tela „ contorqueri, murum se opposuerunt pro decore domus „ Dei, & Depositi Sacri conservatione; omnes nervos „ intenderunt, ne prostratis veteranis ducibus, novi, „ recentesque substituerentur &c. „

[3] Urbano VIII. & universis contra hæreticam pra- „ vitatem.. S. R. E. Cardinalibus.. Generalibus Inquisito-

poribus? Non ergo vobis cum Universitatibus ceteris Orthodoxis conveniebat, una excepta Lovaniensi. Post vero, ubi damnatum Jansenii opus fuit, annon viginti duæ propositiones vestrorum, plenæ in Augustinum, ejusq; doctrinam injuriarnm, accusatæ pridem apud Sedem Apostolicam a Lovaniensi Sinnichio, Universitatis Salmanticensis Theologos commoverunt (ut antea Lovanienses commoverant) eoque adegerunt, ut ad Sanctæ Hispaniensis Inquisitionis Tribunal deferendas esse arbitrarentur? Quas tum artes adhibuistis, quantum existimatione vestra curastis (quamvis frustra) ut ne propositiones ipsæ censura configerentur (1)? Hoccine indicium putas fuisse vestræ cum ceteris Theologis, Academiisque consensionis? Annon hinc potius intelligis, quorsum vestra omnis evaserit cum Academia Lovaniensi contentio; utque ne illi cederetis, opus vobis fuerit existimatione, artifi-

„ toribus Octavio Bandino, Carolo Madruzio, Johanni
„ Garsiæ Millino, Augustino Galaminio, Gaspari Bor-
„ ja, Felici Centino, Petro Camporeo, Guidoni Benti-
„ volio, Desiderio Scaliæ, Ludovico Ludovisio, Antonio
„ Barberino, Laurentio Magalotto, Laudivivio Zachiæ,
„ Francisco Barberino „.

(1) Narrationem hujusce rei sane copiosam legito apud Serry *Histor. Congreg. de Auxiliis in Append. num.* XIX. *p.* 210.

tificiisque vestris (1)? Scilicet vobis Moliniana inventa adserere, lateque diffundere certum erat. Id vero assequi non poteratis, nisi ante conflata Augustinianæ, Thomi-

[1] Eo tempore, ut Jesuitæ Hispani censuram declinarent viginti duarum propositionum, Academiam Lovaniensem carpebant, quasi ipsa eas excogitasset odio in Societatem, ob damnata Baji dogmata opibus Sociorum. Itaque sic respondit hæc objicientibus Bartholomæus de los Rios Augustiniensis Ordinis insignis Theologus, *Epistola ad P. Thomam de Figuerola ann.* 1650. quam descripsit Serrius in *Append. Histor. Congreg. de Auxiliis n. XIV. pag.* 235. „Tibi perspectum erit, Theologos Lova„nienses non ea de caussa Jesuitis obstitisse, quod existima„rent, illis præsertim auctoribus, Michaelis Baji propositiones proscriptas fuisse, aut ab iis petitam fuisse censuram. „Non enim ignorant, quam ea falsa sint, reique illius „auctores singillatim norunt. Nondum eo potentiæ devene„rat Jesuitarum Societas, ut de hoste quamvis parvo, se „vindicare posset, vixque Lovanium pedem intulerat, cum „in ea Urbe publicata fuit Bulla in Bajum lata, quod „ann. 1567. factum est. Jam vero quis credat, Socie„tatem statim ab ingressu suo in eam Urbem, ac eo „tempore, quo Universitas egebat auxilio, voluisse ejus „in se odia concitare? Immo vero tantum ABEST, „UT THEOLOGI LOVANIENSES ægre tulerint „prohibitas, & notatas fuisse Michaelis Baji PROPOSI„TIONES, ut RELIGIOSISSIME BULLAM IL„LAM REVEREANTUR, ET OBSERVENT, NE„MOQUE IN EA UNIVERSITATE LAUREA „DOCTORALI DECORETUR, NISI QUI SE SA„CRAMENTO SOLEMNI AD EAM SERVAN„DAM OBSTRINXERIT. Verum non possunt non „ægerrime ferre, quod videant, AB JESUITIS QUI„BUSDAM BULLAM ISTAM AD SENSUM TRA„HI PLANE ALIENUM AB EO, IN QUO AB „ALIIS INTELLIGITUR, EAQUE AD COM„MODA SUA ABUTANTUR„.

misticæque Scholæ invidia. Itaque vos (ut ex duabus illis ac viginti propositionibus plane constat) impetendam a vestris Augustini de Gratia, deque Prædestinatione doctrinam (1) putasse, quam sciretis, pro-

ba-

(1) Bartholomæus de los Rios *ibid. pag.* 238. neganti socio, quidquam in Augustinum contumeliose dictum, Jesuitis probari, respondet: „ Quando istæ assertiones, „ atque aliæ multæ non absimiles in S. P. N. Augusti- „ num tam manifeste contumeliosæ, a tot annis in pu- „ blicum sparsæ; librique in quibus habentur, toties „ typis editi fuerunt; quid caussæ est, cur eorum Gene- „ ralis NON JUBEAT, EAS EX ISTIS LIBRIS EX- „ PUNGI, AUT AB AUCTORIBUS REVOCARI, „ CUM HOMINES ISTI FATEANTUR, NON „ MINUS INTERESSE JESUITARUM AD OPI- „ NIONES SUAS TUENDAS, quam nostra ad doctri- „ nam nostram defendendam, ut S. P. N. Augustino fa- „ ma, & auctoritas integra conservetur? Fuerunt enim „ sine dubio Viri spectabiles non solum extranei, sed ex „ ipsa Jesuitarum Societate, qui eos de audacia illa sua „ amice monuerint. Quid dicam de Johanne Adam re- „ cente e Societate Scriptore, qui hoc ipso anno 1650. „ cum Provincialis sui licentia in lucem edidit Librum, „ cujus penes me exemplar est, in quo de S. P. N. Au- „ gustino contemptius loquitur, quam loquuturus esset „ de quovis recentiore nullius nominis Scriptore? Post- „ quam sæpius dixit (*Cap. VI.*) *doctrinam S. Augustini* „ *justo obscuriorem esse*, *&* *secum pugnantem*, *impeditam*, „ *pluribusque* ERRORIBUS *obnoxiam &c.* Capite tandem „ VII. dicit: S. Augustinum, dum Pelagii errorem im- „ pugnaret, disputationis æstu abreptum, in errores op- „ positos abiisse &c. „. Confer quæ de Pereyeret Moliniano, deque Jesuita Aquitano Concionatore idem narrat ibid. ex libro Doctoris Sorbonici an. 1650. edito, inscriptoque: *Qualis sit auctoritas S. Augustini in Ecclesia.*

Nam

batam fuisse Thomæ. Ecqua autem Academia, ecquis Theologus, ecquis Antistes Sacrorum in Galliis, Hispaniis, ubivis denique gentium, non Molinianis opinionibus imbutus, vobisque non omnino devotus, addictusque erat, qui portenta ista adsertionum ferenda non indigne, arbitraretur? Quamobrem errat longe Supplementarius, seu potius mentitur, scribens, vobis cum Academiis in re doctrinæ, cumque Theologis reliquarum gentium convenisse. Haud multo post Constitutio Innocentii X. damnans Jansenianas propositiones quinque, publicata fuit. Heinc vos, captata occasione, licentius in Sanctum Doctorem debacchari, ejusque dogmata vi Constitutionis ejusdem confixa fuisse dicere

Nam de Pereyereto sic habet ibid. pag. 239. „ Existimavit nimirum homo acutus, illis posteriorum Pontificum (Pii V. & Urbani VIII.) Bullis labefactari auctoritatem S. P. N. Augustini, damnari doctrinam; & Molinistarum dogmata muniri „. De Jesuita vero Aquitano: „ eo ipsum prosiliisse, *ait*, ut publice de suggestu in S. Augustinum sit debacchatus, ea.. contumacia, & impietate, ut erubescere non solum Socii, sed & ipse quoque quamvis summe petulans, indignantibus, & adversantibus bonis omnibus, coactus sit. Quo autem mentis fervore in Augustinum, eodem in Apostolos, maxime vero in S. Paulum invectus est, omnes prorsus cæco naturæ impetu, æstuque abreptos, veritatis, & fidei limites transiliisse non veritus affirmare „.

re (1) ; eosque qui pro Augustino pugnarent, quamquam Constitutioni ultro paruerant, nihilosecius velut in refractarios, Pontificumque Sanctionibus repugnantes carpe-

O 2 re

(1) Hinc Archiepiscopus Senonensis anno 1655. libellum Clero obtulit : „ pour arrêter CERTAINS ECCLESIASTIQUES DE SON DIOCESE ; sçavoir, que la doctrine de Saint Augustin touchant la Grace, le Libre arbitre & la Prédestination, n'est pas condamnée per la Constitution du Pape „ . Idem plane animadvertit Episcopus Convenarum, cui ann. 1663. datum fuit a Rege negotium componendarum controversiarum, pacisque curandæ, ut est in *Recueil Historique des Bulles &c. pag.*150. idem, inquam animadvertit Episcopus Convenarum ann. 1656. „ Qui dit, que pour empécher le mauvais dessein de QUELQUES DOCTEURS QUI DISOIENT QUE LA DOCTRINE DE SAINT AUGUSTIN ET DE SAINT THOMAS ETOIT CONDANNE'E PAR LA CONSTITUTION, il étoit obligé de declarer, que se soumetant, comme il a déja fait, à la Constitution . . . il n'entend point, que ni la Constitution, ni la resolution presente de l'assemblée prejudicient à la doctrine de Saint Augustin &c. „ *Act. Cler. Gallicani Edit. Paris. an.* 1716. *Tom. I. pag.* 293. Eam ob rem Clerus ipse an. eodem sic declaravit : „ Que dans les cinq propositions, la doctrine de Jansenius contenue dans son livre intitulé *Augustinus*, & qui neanmoins N'EST PAS CELLE DE SAINT AUGUSTIN, est condamnée par la Constitution &c. „ *Ibid. pag.* 295. Non fuere in Augustino accusando segniores in Belgio Jesuitæ. In his Nutius, qui eo impudentiæ, temeritatisque attigit, ut S. Doctorem reprehenderit ut errantem, inque ipso Calvinianos, Jansenianosque suos errores fundasse, stabilisseque mentitus sit ; id quod Gerberonius prodit, *Hist. Jansen. ad an.* 1657. *pag.* 383. *sq. Tom. II. Edit. an.* 1700. quo Gerberonio teste Adversarii uti solent.

re; criminari, quasi Jansenismum profiterentur; in invidiam demum rapere, atque opprimere conari (1). Jactare propterea non desinebatis apud potentes Viros, qui vobis sese devoverant, Societatis in Ecclesiam merita (2); cumque vobis maxime cor-
di

(1) Vide supra Sabbatinii locum *pag.*201. *not.* qui Romæ, cum Præfectus Angelicæ Bibliothecæ esset, Vitam scripsit Christiani Lupi. Jam e Belgio scriptæ litteræ (ut est in *Actis in Causa* 156. *propositionum delatar. ad Innoc.XI. a Doctorib. Lovaniensib. ad Urbem*, & 65. *damnatar. an.* 1677. 1678. quæ Acta in Tabulario S. Inquisitionis servantur, *pag.* 25. &c.) sic habent: „ Alii se potenter opponunt (Augustinianæ doctrinæ), adeo ut de „ S. Augustino decore nec loquantur, etiam in publicis „ Thesibus; & suos adversarios appellant Bajanos, & „ Jansenistas „. Quin etiam Christianus Lupus, quique una cum eo missi Romam ad Pontificem ab Academia Lovaniensi Legati fuerant, in libello supplici an.1677. Pontifici oblato. *Ibid. pag.*78. „ Accedit aliud malum, *inquiunt*, „ prioris (quod est de *laxitate morum*) fons, & origo. „ Inter primates Christianæ vitæ Duces Catholica Ecclesia semper habuit Sanctum Augustinum. Hujus vero „ auctoritatem, nec non ejus sanctissima, inconcussa, „ ac tutissima dogmata ISTI IIDEM MOLIUNTUR „ CIRCUMSCRIBERE: nec solos ejus defensores invadunt dicteriis, sed & ipsi tanto Magistro præsumunt „ non parcere „. Hæc Christianus Lupus, cujus religio, virtus, pietas perspecta Alex. VII. fuerat. Hæc Collegæ ejus, quos tam benigne complexus est Innocentius XI. Quod si id, sub Innocentio XI. post Alexandri VII. Academiæ Lovaniensi datum honorificum *Breve*, Moliniani sunt ausi; quanto magis antea, cum ipsorum artificia nondum satis detecta essent?

(2) Vetus hæc istorum est consuetudo jactandi merita sua, deprimendique ceteros Ordines. Exemplo is esse no-
bis

di essent opiniones, privatæ vestræ, quas vos simulatione obedientiæ, ac pietatis erga

bis potest, qui initio fere seculi superioris descripsit *Gemitum Columbæ*, quem copiose, graviterque Dominicus Gravina exagitavit libris inscriptis: *Vox Turturis*, & *Congeminata Vox Turturis*. *Gementem Columbarium* sequutus est Paulus Laymanus, de quo certe, ejusque sodalibus [præter Gravinam *Cap. XVI. Congeminatæ Vocis Turturis p.389. sqq.*] multis egit Constantinus Ruggerius studiosissimus olim nostri in Mſ. Dissertatione, quam, immatura sublatus morte, publicare non potuit. Quo in genere celebrandorum meritorum Jesuiticorum modum servarunt nullum an. 1640. Flandro-Belgæ Socii in *Imagine I. Seculi*. Quod ad rem propius attinet, mirum, quam iidem se laudarint, quasi ipsi auctores fuissent deprehensæ pravitatis Bajanarum opinionum, ut inde imperitis rerum persuaderent, odium in se exarsisse Jansenianorum, præsertim Lovaniensium. Qua de re vide quæ commentus est Molinianus Scriptor Opusculi, cui titulus: *Recueil Historique des Bulles & Constitutions Brefs &c. à Mons an. 1697. pag. 27. sqq.* & quæ P. Thomas Figuerola Præfectus Provinciæ Tarraconensis Sacri Ordinis Eremitar. S. Augustini, ab ipsis deceptus, complexus est Epistola ad P. Bartholomæum de los Rios. Apud Serry *Histor. Congreg. de Auxil. Append. n. XIX. pag.* 230. & quæ huic respondit Bartholomæus idem de los Rios *ibid. pag. 233. sqq.* Attende autem, ut sese jactet is, qui contra Parochos Rotomagenses librum ad Episcopos Galliarum edidit inscriptum: *Réponse d'un Théologien aux propositions extraites des Lettres des Jansenistes par quelques Curez de Rouen: présenté à Messegneurs les Evêques de l'Assemblée generale du Clergé*. Sic enim pag. 1. thrasonicum in modum loquitur: „ Pendant que nous sommes occupez à „ combattre les ennemis de l'Eglise & à soustenir avec „ courage les interests de Jesus Christ, on nous donne „ avis, qu'il s'esleve un orage contre nous du costé „ que nous avions moins sujet de craindre, & que quelques Curez de qui nous devions raisonnablement attendre des éloges pour avoir defendu la doctrine de la foy,

ga Sedem Petri, non modo latius propagaturos, sed etiam dogmatum Religionis loco con-

„ soy, nous suscitent un procès devant vostre Tribunal, „ & nous accusent d' avoir corrompu toute la doctrine „ des mœurs „. Ita nimirum ille, suos ut defenderet actos apud Clerum Gallicanum reos vitiatæ ethices christianæ, merita suorum de propugnata orthodoxa doctrina jactat. Quasi vero propugnatori doctrinæ de Religione, liceat corrumpere christianam morum disciplinam. Sed quibus demum modis adversus errores Jansenii Socii pugnarunt? Sunt certe multi, atque hi sane orthodoxi, ac sapientes, qui ipsos non tam tuendi Evangelici dogmatis caussa, quam erigendæ in dogma catholicum opinionis novæ, ac privatæ suæ; pugnasse dicant. Qua de re etsi alias fortasse, nunc tamen non laboro. Jam de eorum jactantia experiundo Palafoxius cognorat. Nam in libello supplici (quem adversus ipsum Jesuitæ obtulerant Regi, mentientes se, una cum Ordinibus ceteris, id libelli genus fecisse, cum soli fecerint) sic agebant: „ En el cumplimiento de „ la precisa obligacion de V. Magestad con las Provin„ cias que en lo espiritual han conquistado á costa de „ su sangre, han estendido en lo temporal su grandeza, „ y llenado su piedad, poblando los cielos de inumerables „ almas „. Confer Palafoxii opus, cujus hæc est inscriptio: *Satisfaccion al Memorial de los Religiosos de la Compañia. Clausula II.pag.305. sq.Tom.XI.& n.32.pag.312.* Quam hæc de se vere adeo confidenter Socii jactarint, ipsi viderint. Caveant autem, ne Paraquaria ipsos convincat mendacii. Innumera prope afferri possent exempla generis ejusdem, e quibus liqueat, quam diligenter curarint, ostentatione laborum, meritorumque Societatis; circumvenire non privatos solum, sed Reges etiam; eosque deterrere a suscipiendo patrocinio piorum, quos semel Socii odissent. Atque ad Regem quidem Carolum II. Præpositus Generalis Gonzalesius, ejusque Adsistentes, ut ipsum a suscepto consilio commendandæ Palafoxianæ Caussæ revocarent, de Societatis laudibus scripsere hoc modo. „ Su „ pasion (de Palafox) le hizo perder de vista los MU-

CHOS

constituturos confidebatis; tum nihil magis vobis esse curæ affirmabatis, quam ut Constitutioni omnes parerent; sed esse (1) immanem eorum numerum, qui vobis

 ad-

„ CHOS Santos y Varones Apostolicos de que tiene po„ blado el Cielo, y los admirables frutos que la Com„ pañia ha traido a toda la Iglesia, como lo reconoce el „ Orbe Christiano &c. „ Quamquam tam *multi* si fuissent *Sancti*, ut hi dicunt, eorum certe non esset oblitus Palafoxius. Nam Sanctos Societatis, ut S.Ignatium, ut S. Franciscum Xaverium, honore, ut par est, prosequutus fuit, atque alios virtute doctrinaque illustres, cum laude in libellis suis supplicibus ad Regem Philippum IV. (Vide Epist. ad Regem n. XVI. pag. 279. Tom. XI. n. XXXV. pag. 286. n. XLIII. pag. 294.) Vir Venerabilis commemoravit; eosque Sociis, qui de via Sanctorum eorumdem deflexerant, opposuit. Sed sic agendum erat Sociis abhorrentibus a SS. Ignatii, & Francisci Xaverii exemplis & institutis. Jactanda erant merita suorum, ut ejus viri quem accusabant, caussæ nocerent.

(1) Eo consilio Jansenismum tot viris, qui a Jansenismo abhorrerent, objiciebant. Qua de re maximæ fuere Lovaniensium adversus ipsos conquestiones non ante solum, sed post etiam, quam Alexander VII. P. M. ad eos dederat Breve de Augustini, Thomæque tutissimis, atque inconcussis dogmatibus. Quod Breve difficile explicatu est, quanto plausu fuerit acceptum ab Academia Lovaniensi, quantoque fremitu Jesuitarum. Confer quæ scribit Cardinalis Norisius in *Vindiciis Augustinianis Cap. VI. pag. 98. Edit. Patavinæ ann.* 1709. Ann. 1677. Decanus, & Facultas Theologica Lovaniensis ad Innoc. XI. scribens, qui Breve alterum plane honorificum ad eamdem Academiam miserat: „ Sane, *inquiunt*, optatissimum illud Breve necessarium „ erat, ut tantisper saltem mitigaret animos eorum, qui „ necdum cessant suas laxitates disseminare, & sanam, „ rectamque doctrinam iniquis, & falsis rumoribus tra„ ducere: utque fidentius veluti filii apud optimum Patrem

adversarentur . Theologos autem permultos , qui tamen Pontificibus sese proba-
rant

„ trem querimonias deponamus , veritatis, uti confidimus, „ circa hodiernas controversias defensores, quin etiam no„ stros in Urbe Deputatos , nescimus , quibus calumniis „ incessere etiamnum pergunt „ . *Act. Causs. Lov. Tom. cit. e Tabular. S. Inquisit. pag.* 37. Quamquam eorum Deputatorum obedientiam , observantiamque erga Apostolicam Sedem Cardinales , Pontifexque probarant , ipsosque maximo in honore habuerant . Mirum item , quam multa commenti fuerint an. 1654. de magno numero Presbyterorum, &c. deque cellulis, quas Janseniani apud Porturegienses Monachas incolerent , cum tamen & exiguo illi Presbyteri &c. essent numero , & cellulæ non nisi constructæ fallacia essent fabulatorum . Itaque scripta anno eodem ad Cardinalem Mazarinum ab Andillio fuit Epistola , quam refert Gerberonius , quo teste persæpe uti Adversarii consuerunt „ : Je vous puis protester devant Dieu , être „ très veritable que ce grand nombre de Prêtres & de „ personnes , dont nos ennemis assurent si hardiment que „ cette Maison est remplie , se REDUIT A TROIS OU „ QUATRE Prêtres , & à dix ou douze personnes &c. „ dont la plûpart , qui logent dans un ferme ASSEZ „ ELOIGNE'E du Monastere , s' emploient à faire va„ loir le peu de bien & de revenu de cette Abbaie . „ Qu' il n'y a ni regles , ni vœux , ni constitutions , ni „ société , ni cellules &c. „ Gerber. ad *an.* 1654. *pag.*183. *sq. Edit. an.* 1700. *Tom. II.* Jam an. 1650. excogitarant , idque Thomæ Figuerolæ Præfecto Provinciæ Tarraconensi Augustiniensium Eremitarum persuaserant , Dominicanos, cum Lovaniensibus Jansenii caussa iniisse societatem . Vide Figuerolæ Epistolam apud Serry *Histor. de Auxil. Append. n.*XIX. *pag.*231. Id ea fraude confinxerant , ut augeri numerum persequutorum Societatis , rerum imperiti crederent ; atque ut erga Jesuitas commiseratione , sic in ceteros odio concitarentur . Ac Figuerola libellum adversus propositiones Molinianas 22. Augustino injurias, fallacia fuisse perscriptum existimavit : „ quæ adornata esset

a Je-

rant (1), Scholas, Academias, Episcopos item nominabatis, in quos jamdiu aliarum re-

„ a Jesuitarum Adversariis: qua suspicione (*inquit ibid.*) „ laborant vehementissime Theologi Lovanienses; qui dum „ jam vident inutiles fraudes suas, tentaverunt iisdem „ memorialibus, iisdemque propositionibus S. P. N. Au- „ gustini filios adducere, ut ejus doctrinæ defensionem „ susciperent, quippe quorum maximi interesset: atque „ ad hanc rem Patres Dominicanos administros adhibent, „ qui alios Religiosos Ordines sibi adjungere omni cura, „ & labore student, ut universi velut in unum corpus „ adunati FORTIUS JESUITARUM IMPETUM „ SUSTINEANT, eorumque DOCTRINAM, ET „ SCRIPTORES IN INVIDIAM ADDUCANT &c.„ Sed egregie has accusationes depulit, dolosque Sociorum detexit Bartholomæus de los Rios item Augustinianus *Epist. ad Figuerolam. Ibid. pag.* 233. *sqq.* Tempus me profecto deficeret, si persequi ejus generis exempla numerando vellem. Erant hæc Palafoxio explorata. Itaque in Epistola ad Philippum IV. Catholicum Regem Hispaniarum *num.*XXXIV. *pag.* 288. „ Estos Religiosos, *inquit*, *Socios* „ *indicans*) frequentan, y repiten injurias, y memoria- „ les impresos, y con ellos llevan el mundo trás sí: For- „ man quejas sin razon: equivocan los hechos, y los „ derechos; confunden lo sucedido; AFECTAN PER- „ SECUCIONES, PERSIGUIENDO, Y HIRIEN- „ DO, Y ATROPELLANDO, PIDEN LA LASTIMA „ PARA SI': A UN MISMO TIEMPO ULTRAJAN „ LA JUSTICIA, Y LA PERSONA, Y INTENTAN „ ECHAR POR EL SUELO EL PLEYTO Y EL LI- „ TIGANTE „. Hæ sunt *artes*, ad quas Vir Venerabilis alludit in iis litteris, quas ad Gubernatorem Belgii scripsit, si tamen scripsit.

(1) Cum *Jansenistam famosum* ann. 1668. appellassent Broussæum Doctorem Sorbonicum, is Epistolam edidit, inscriptam: *Lettre de Monsieur Brusse Docteur en Théologie de la Faculté de Paris, & Chanoine de S. Honoré à un de ses amis sur les Calomnies avancées contre luy dans la Lettre d'un Jesuite à un Sei-*

rerum caussa odium vestrum exarserat, eosque notandos monebatis; verbo quidem,

Seigneur de la Cour. Pagina autem ejus Epistolæ 3. sic habet: „ Il dit que je suis fameux Jansenişte. Ce re„ proche n'est pas si odieux que cet écrivain se l'imagi„ ne; & bien entendu & en la maniere qu' il le doit „ être, il se trouvera qu' il est plus à gloire qu' à confu„ sion.. J' observeray seulement en passant qu'il est or„ dinaire à ces bons Peres de donner de nouveaux noms „ à ceux qui ne leur plaisent point, à l'imitation des he„ retiques & des ennemis de S. Jean Chrysostome, qui in„ sultoient aux amis & aux disciples de ce Saint Prelat „ sous le nom de Joannites. *Et pag.* 4. Je suis donc *Jan„ seniste* selon cet Ecrivain, & *Janseniste fameux*, & je lui „ demande sur ce reproche ce qu' il veut dire & à qui „ il en veut. Est-ce à cause que j'enseigne les cinq pro„ positions? Ou est-ce à cause du formulaire qui les con„ damne? Il n' oseroit dire le premier, & pour le se„ cond, j'ay fait ma profession de foy aux pieds d'Inno„ cent X. qui me receut avec faveur & temoignage d'af„ fection, dont j'ay pour temoin M. le Baillif de Val„ lancey Ambassadeur de France, qui estoit present lors „ que je pris congé de sa Sainteté, & qu' il me donna „ sa benediction. Je l'ay faite à Monseigneur l'Archeve„ que de Paris, dont j'ay l'honneur d'estre connu il y „ a plus de trente ans. LE PAPE, LE ROY, M. L' „ ARCHEVEQUE SONT SATISFAITS DE MOY „ SUR CE POINT. JE DEMANDE DONC A'CE „ NOUVEAU DECLAMATEUR CE QU'IL VEUT „ DIRE AVEC CE NOM DE JANSENISTE „? Quanti Christianum Lupum fecerint Romani Pontifices Alex. VII. & Innocentius XI. vidimus; quanti etiam is postremus Pontifex habuerit Steyäertium, & Franciscum Van-Vianeum Legatos Acad. Lovaniensis. Et hos tamen Adversarii Jansenismi notare sunt ausi,ut ex litteris ejusdem Academiæ, quas memoravimus Adnotatione superiore, perspicuum est;atque etiam ex Tractatu a Jesuita,nescio quo, pro laxis Propositionibus adversus Accusationes Lovaniensium

dem, ut ne ceteris, præsertim autem imperitis rerum detrimento essent; re autem vera, ut vicisse videremini, utque ne illi essent impedimento vobis, qui soli Magistri in Israel esse, quique libertate impune disseminandarum novarum opinionum (1) potiri, ac delere funditus Patrum doctri-

sum composito, qui Ms. extat in eodem *Cod. Actor. in Caussa* CLVI. *propositionum &c.* servato in *Tabular. Sac. Inquisition. pag.* 359. *sqq.* Quin etiam post ubi an. 1660. Breve summa veneratione ab Alex. VII. accepere Lovanienses, quo ex Brevi intelligebatur, doctrinam Universitatis sanam esse; eamq. Universitatem Constitutionibus Apostolicis plenam obedientiam fuisse professam, quid Socii egerunt? Non modo perrexerunt accusare Jansenismi Academiam, sed *Brevi* eidem ii, qui obedientes sese Sanctæ Sedi jactant, etiam turpissime maledixerunt. Audiatur Cardinalis Norisius *loco indicato Adnotat. superiore*, ubi „ hæc, *inquit*, „ quantum lætitiæ sincerissimis Sancti Augustini Discipulis „ ingessere, tantum mœroris, non enim dicam invidis, „ SED PRIDEM ERGA AUGUSTINUM NON BE„ NE ANIMATIS INTULERUNT. Etenim nonnul„ li in furorem veluti acti, in impias hasce voces erupere: „ *Laudatum Breve per diabolicam machinam fuisse impetra„ tum*. Horum testis est ipsemet Christianus Lupus in „ Epistola Apologetica de *Attrit. & Contrit. cap.* 11. *ad* „ *Accusationem* XI. *pag.*49. quam Lovanii edidit an. 1667. „ Cuinam voces adeo inverecundæ exciderint, designat „ Vincentius Baronius P. IV. suor. Opusculor. Lib.I. Sect. „ II. Act. V. §.I. „ De *Scholis*, vide *pag.*202. *hujus Volum.* De Episcopis, confer quæ attulimus ab Adversariis scripta in Gondrinium, inque Boonenium, etiam postquam is paruit (teste Innocentio X.) Pontificiæ Constitutioni. De Accademiis vide *pag.*205. *sqq.*

[1] Tuendarum libere suarum opinionum, agendique, quod ipsis lubebat, caussa, in Archiepiscopum Senonensem,

ctrinam cupiebatis. Atque aliarum quidem earum rerum, quarum caussa vos multis illu-

sem, inque Boonenium invecti sunt, ut in Jansenianos, eosque apud Sedem Apostolicam accusare non dubitarunt. Idipsum fecerunt adversus Parochos Rotomagenses, & adversus tot alios illustres Scriptores, qui laxas Casuistarum de moribus opiniones recensuerant. Nam hos in Jansenismi invidiam vocare conati sunt. Hinc quasi Jansenismo studerent omnes, qui laxitatem ipsam aversabantur, edita (Jesuitis Brisaciero, Berardo, & Brierio consentientibus) ab Socio quodam fuit an. 1656. la *Responsе aux propositions extraites des livres des Jansenistes par quelques curez de Rouën:* deindeque ann. 1657. a Pirotio item Jesuita *l'Apologie pour les Casuistes contre les Calomnies des Jansenistes &c.* Vide etiam locum Card. Aguirræi a nobis descriptum *pag.* 202. *hujus Vol.* Parochi Parisienses in *libel.* inscripto - *Response des Curez de Paris, pour soustenir le* Factum *par eux presenté à Messieurs le Vicaires Generaux, pour demander la Censure de l'Apologie des Casuistes*, sic habent *pag.* 2. „ Placet nihilominus Jesuitis (qui, contra Parochorum *Factum*, an. 1658. libellum ediderant) „ dicere nullas „ nobis partes in libello inscripto *Factum* &c. fuisse, at„ que hac ridicula *suppositione* constituta, vexant aucto„ res *Facti* verbis plenis injuriarum . . . eodemque tempo„ re nos efferunt suavissimis laudibus, quibus simplicitas „ capi possit. Ita de nobis dicendi rationem immuta„ runt. In *Apologia Casuistarum* (a Pirotio Jesuita edi„ ta) nos appellamur *Pastores falsi;* in hoc altero li„ bello, nos sumus *veri*, *dignique Pastores*. In Apologia, „ nos odio insectantur, ut *rabidos Lupos;* heic nos amant, „ ut *homines pietatis*, *atque virtutis*. In Apologia nos „ carpunt, velut *ignorantes*; heic nos sumus viri *illu„ stres*, ac *pleni lucis*. In Apologia laceramur *ut Hæretici, & „ Schismatici;* heic habentur *in veneratione non modo chara„ cter noster, sed etiam personæ;* sed & in Apologia, & in „ Libello id est commune, ut defendatur corrupta ethica „ veluti vera disciplina moralis Ecclesiæ. Id, quod demon„ strat, eorum scopum eo solum spectare, ut inducant per-

lustribus viris infestos fuisse diximus, præcipua erat laxitas opinionum, quæ ad mores, administrationemque sacrorum pœnitentiæ, spectarent: quam vos laxitatem, arte vobis solemni usi, cum minime videri volebatis (1), adeo ut calumniæ argueretis eos, qui ipsam vobis exprobrarent; tum maxime oratione, scriptisque, reipsa in Ecclesiam invehere conabamini (2). In Galliis, cum Episcopi haud parum possent, qui vos plane noverant, ars ista vestra non admodum

„ perniciosam doctrinam suam: Quare vituperia, laudes-
„ que, velut aptius putant, adhibent, ut ad id pertingant,
„ quod sibi præstituerunt „.

[1] Mira fuit semper hoc in genere ars Sociorum: Hi, dum controversiæ de Hierarchia in Galliis fervervent, rogati a Clero, suorum ne esse agnoscerent opuscula quædam, negarunt: sed eodem tempore Allegambius, qui Bibliothecam in Belgio Jesuiticam adornabat, quod hi fidenter negaverant, scripto affirmavit. Propositiones XXII. ab Hispaniensi Inquisitione damnatæ an. 1650. Sociorum non esse, persuaserant Figuerolæ Præfecto Provinciæ Tarraconensi Augustinianorum; at simul una curabant, ne propositiones eædem damnarentur; quia noverant, proprias ipsas fuisse quorumdam Molinianorum, quorum erat pars major e Jesuitica Societate. Ille Jesuita, qui *Responsionem* edidit de Propositionibus laxis delatis ad Clerum Gallicanum a Parochis Rotomagensibus, ann. 1656. contendit propositiones easdem calumnia fuisse attributas Jesuitis; at ann. 1657. Pirotius propositiones ipsas suorum agnovit esse, atque defendere non dubitavit. Permulta mihi generis ejusdem exempla suppetunt. Sed ea libens prætereo, ne nimius in re non necessaria videar.

(2) Id ex Libris Pirotii, Moyæ &c. constat.

dum valuerat (1). Neque valuerat in Hispaniis, cum detectæ jam fraudes vestrorum fuis-

(1) Ut enim supra pag.211. not. ostensum est, Augustini, Thomæque doctrina in Conventu Cleri immunis est a Censura dicta: vindicatus præterea honos Archiepiscoporum Senonensis, atque Chalcedonensis fuit: Parochique Rotomagenses auditi ab Archiepiscopo suo, laudatique ab cœtu Gleri ann. 1656. fuerunt. „ Monseigneur l'Arche„ vesque, pour témoigner la part qu' il prenoit à une af„ faire de cette consequence, & la justice qu' il vouloit „ rendre aux Curez de sa Metrople, envoya Monsieur „ Gaulde son grand Vicaire [dont Chacun connoit la „ suffisance] pour presenter de sa part la requeste & les „ extraits faits par les Curez de Rouen à Nosseigneurs „ de l' Assemblée Generale avec des lettres de recom„ mandation dignes de son zele & de sa rigueur. Aussi „ cette auguste Compagnie a escouté ces justes deman„ des, elle les a receues favorablement, elle a mesme loüé „ publiquement la procedure des Curez de Rouën, elle „ l' a jugée équitable & Canonique, & se retint la „ connoissance de cette cause comme très importante à „ la Religion & au salut des ames, elle a nommé des „ Commissaires trés pieux & trés sçavans pour l'exami„ ner &c. „. Ita in Epistola *d'un Curé de Rouën contre le Doctrine de quelques Casuistes* &c. *Edit. Rotomag. an.* 1656. *pagina 6.* Clerus adversus laxitatem ejusmodi propositionum Epistolam Encyclicam dedit anno 1657. ut ex Processu verbali constat. Interea Pirotii Jesuitæ opus editum est adversus laxitatis Oppugnatores, quasi hi omnes Jansenianis partibus studerent. In id opus calamum primum omnium strinxit Tullensis Antistes, Censuramque dedit 18. Aprilis ann. 1658.. Tertio post mense, nempe 16. Julii, Academia Parisiensis libellum edidit, hoc titulo: *Censura Sacræ facultatis Theologiæ Universitatis Parisiensis lata in librum, qui inscribitur* „ Apologie pour les „ Casuistes contre les calomnies des Jansenistes &c. par „ un Theologien, à Paris 1658. „ Secuta mox est, nempe 23.

fuissent, Virorum Doctorum, Inquisitorumque vigilanti prudentia. Interea illud teneo, vobis non convenisse cum Gallis, Hispanisque Theologis, Academiis, Episcopis, qui Augustinum, ac Thomam Auctores, ducesque sequebantur; sed in eos (simulatione consueta vobis, jactantia vestrorum in Christianam rempublicam meritorum, mendaciis, quibus etiamnum delectari vos (1) video) nihil vobis ipsis agere li-

23. Augusti, Censura a magnis Vicariis Archiepiscopi Parisiensis in eamdem ipsam Pirotii Apologiam scripta; quæ Censura edita perinde fuit *Paris.an.*1658. inde Censura Archiepiscopi Senonensis 13. Septembris edita ann. 1658. post Censura Episcoporum Alectensis, Apamiensis, Convenarum, Conseranensis &c. 24. Octobris; Deinceps Censura Episcopi Andegavensis 11. Novembris in Urbe Episcopali typis excusa eodem anno. Postmodum censuræ Episcoporum Bellovacensis 12. Novembris, Catalaunensis 16. Novembr. Nivernensis 30. Novembr. Cadurcensis 24. Decembris anni ejusdem, Archiepiscoporum Rotomagensis 4. Januarii anno 1659. & Bituricensis 6. Februar. & 15. Martii 1659. & 23. Aprilis; & aliorum quorumdam Præsulum, quos, ne sim longus, prætereo. Ad extremum Clerus Gallicanus ann. 1700. non modo Probabilitatis, laxitatisque portenta; sed etiam ut Janseniana, sic Moliniana quædam dogmata de Gratia notis censoriis confixit. Vide Tom.I.*Actor. Cleri* Gallicani, *pag.*718.*sqq.* & 739.*sqq. Edit. Paris. ann.* 1716.

(1) Cum Jesuitæ in libello supplici suo oblato Regi posuissent Palafoxium *ann.*1647. fuisse „ a un tiempo Virrey, „ y Visitador de aquel Reyno (del Mexico) con que fulmi„ naba rayos de indignation &c. „ merito Vir Venerabilis respondit, *Satisfaccion al Memorial de los Religiosos de la Compa-*

licuisse: quare vos cautius quidem vobis, at nihilo tamen segnius agendum, putasse; quod consiliorum, quæ ceperatis, per-

paña n. CLX. „ Será permitido (y mas hablando con un „ Rey tan grande) decir lo contrario de lo que pasa, y „ ponderar lo falso como verdadero? & n. CLXII.; „ Y „ que sería, si no solo no fuesse Virrey el año de 47. „ quando se proveyó el aúto de el Miercoles de Ceniza, „ que dicen los Padres; pero ni quatro años antes? El „ Obispo dejo de serlo el de quarenta y dos. Pues como se „ puede assentar una cosa tan contraria à la verdad, y „ fundar sobre ella la ponderacion &c. Y la conciencia, „ y la sinceridad, que se hizo? Y la buena fé dónde está „. Mitto cetera. Nàm prope infinitus essem, si omnia complecti vellem. Nunc Supplementarium, qui Gallum se fingit, moneo, ut eorum quæ in Gallia Socii contra Parochos Episcopos, Archiepiscopos, eo ipso, quo Palafoxius scribebat, tempore, fuerint mentiti, meminerit. Legat *la Lettre d'un Curé de Rouën à un Curé de la Campagne, pag. 1. sqq. Edit. Paris. ann.* 1656. Legat *la Réponse des Curez de Paris pour soustenir le factum par eux presenté à Messieurs les Vicaires Generaux pour demander la Censure de l'Apologie des Casuistes, contre un escrit intitulé, Refutation des Calomnies nouvellement publiées par les Autheurs d'un FACTUM sous le nom de Messieurs les Curez de Paris &c. ann.* 1659. Legat la *Lettre Pastorale de Monseigneur l'Archevesque de Bourges au Clergé, & Peuple de son Diocese, à Bourges, ann.* 1659. Legat *L' Arrest du Conseil d' Estat contre le Libelle intitulé:* Journal de ce „ qui s'est passé tant à Paris que dans les Provinces, sur „ le sujet de la Morale de l'Apologie des Casuistes *du* 7. *Juin* 1659. „ Pudebit profecto hominem suorum, quum tam eos falsa, tamque inter se repugnantia non modo dixisse, sed scripsisse etiam viderit. Longum est omnia persequi. De Sociis Italis multa suppetunt. Hoc unum afferam & recens, & patens, impudensque eorum in mentiendo facultatis exemplum. Composuit, ediditque Romæ

perficiendorum, tempus opportunius advenisset. In Belgio contra res accidit. Plurimum apud Gubernatores (1) aliquot, ut ars ferre solet singularis vestra; plurimum apud Internuncium gratia Socii vale-

 bant.

mæ ann. 1766. *Epitomen Historiæ de Vita B. Simonis Roxas*, Julius Cordara. Is, ut est Molinianorum consuetudo, propagandæ, quibuscumque modis possint, doctrinæ suæ, Cap. IV. scripserat: „ le sentenze (del Beato) era„ no non le più splendide, e pellegrine; ma le più sode, „ e ben fondate, e nelle materie controverse DELLA „ GRAZIA SI ATTENNE A QUELLA DEL MO„ LINA, CH'ERA DI QUEL TEMPO IN GRAN „ VOGA PER QUASI TUTTE LE SCUOLE; ED „ UNIVERSITA' DELLA SPAGNA „. Scripserat id Cordara contra *Processuum Beatificationis* [pag. 59. §. 41. p. 62. §.64. p. 64. §. 83. &c.] fidem; e quibus Processibus plane perspicitur, B. Virum aversatum fuisse Vasquesiana, atque adeo Moliniana inventa; unique doctrinæ adhæsisse Sanctorum Augustini, & Thomæ: cumque præfectura suæ Provinciæ potitus esset, cavisse, ne quis suorum Vasquesii opinionem consectaretur. Nihilosecius etsi hæc norat Cordara; nam *Summarium Processus*, Vitam eamdem perscripturus, legerat; & monitus a Magistro Sacri Palatii fuerat; tamen jussus pati, ut locus emendaretur, hoc unum ferre potuit, ut, nulla Augustini, Thomæque mentione facta, solum Molinæ nomen deleretur, hoc modo p.11. „ le sue sentenze erano non le più splendi„ de, e pellegrine, ma le più sode, e ben fondate: e „ nelle materie controverse di Grazia, si attenne a quella „ sentenza, ch'era di quel tempo in gran voga per quasi „ tutte le Scuole, e Università della Spagna „. Tanta facultas in eo mentiendi; tanta difficultas nominandorum SS. Doctorum Ecclesiæ, verique dicendi fuit!

(1) Confer Gerberonium, quo sæpe Adversarii teste uti consuerunt, ad an.1648. pag.216.*sqq.* ad *an.*1649. pag 258. ad an. 1650. pag.337. &c. *Edit. An.*1700.

bant. Quare non admodum ipsis laborandum fuit, ut eos circumvenirent. Itaque primum illis persuasistis (1), Christianum Lupum, ut ante animadverti, ex Academia exterminandum, evocandumque esse Romam, si salvam Facultatem Theologicam Lovanii, remque publicam esse vellent. Fore autem arbitrabamini, ut abnueret Pontifex; intereaque sperabatis futurum, ut Vir Clarissimus, qui vos noverat, vobisque in Academiæ Scholas invadere conantibus resistebat, ob infamiam sibi conflatam, finem demum, aut saltem modum resistendi faceret. At ubi secus rem evenisse intellexistis, rursum convenire Internuncium non dubitastis, atque ab eo majorem in modum petere, ut ne hominem abire sineret. Non enim ignorabatis fore, ut, ejus adventu Romam, fraudes vestræ detegerentur, veluti reipsa detectæ fuere, magno vestro dedecore. Nam etsi rescripta Roma in Belgium venerant, quibus Lupo Lovanii manendi potestas fiebat; profectus tamen Lupus in Italiam fuerat: qui ut in Urbem pervenit, rem omnem candide eloquutus, perfecit, ut Pontifici innotesceret, quam injuste accusatus esset.

Atque

(1) Vide supra *pag.199. sq. Adnotationem*.

Atque est illud etiam animadvertendum, eos, qui, cum in Belgio agerent, a vobis ut Jansenianæ factionis principes lacerabantur; eos, inquam, statim atque pedem in Urbem intulere, agnitos fuisse plane Catholicos; adeo ut ipsorum (cum in Belgium reversi essent, atque in crimen rursum vocarentur hæreseos Jansenianæ) ipsorum, dico, Pontifices Maximi patrocinium, defensionemque susceperint (1). Hæc cum a vobis ipsis alibi frustra, in Belgio vero, ubi longe plus valebatis existimatione, & gratia, ingenti Academiæ Lovaniensis damno, continenter agi, quo libere vestra Moliniana de gratia, & Casuistica de re morum dogmata in Provinciam inducere possetis; hæc, inquam, cum Palafoxius, (qui experiundo, qui essetis, compererat, perspexeratque quam ab Academiis omnibus Orthodoxis, Theologisque diffideretis) a vobis agi accepisset; cur Academiam ipsam vestris artibus &c. vexatam, non commendasset ei, qui ad Belgii gubernacula accessisset? Atque hæc quidem de commenticia vestra cum Academiis, Scholis, Theologis, Episcopis Catholicis,

 quam

[1] Vide supra *pag.*201.*hujus Vol. in Adnotat.* & *Vol.II. pag.*170.

quam Supplementarius jactat, consensione; deque ratione, cur recte Palafoxius, vestris artificiis, vestraque existimatione exagitatam fuisse Academiam Lovaniensem scripserit, dictum esto.

Calumnia agunt Accusatores, dum scribunt, Academiam Lovaniensem, post ann. 1653. pro Jansenio sub umbra, seu patrocinio Palafoxii pugnasse.

IX. Quæro deinde ex te, quibusnam documentis efficere queas, Academiam eamdem, post admissam an. 1653. Innocentii X. Constitutionem, pro *Jansenio*, & sub *umbra* Palafoxii pugnasse; eaque de re conquestiones fuisse crebrâs, immo continuas Internunciorum, atque Pontificum? Unum affer, si potes, monumentum conquestionis Pontificum aut Innoc. X. aut Alex. VII. de Palafoxio. Sed quî poteris, cum laudum quidem afferre tibi de Venerabili Viro Pontificum monumenta illustria liceat; conquestionum, vero, cum nulla umquam fuerint, prorsus non liceat? Quid? Si ne de Academia quidem, quasi Janseniana lue laboraret? Nullum enim memoras. Non omitteres autem, si ullum reperisses. Quod si adduces ullum, illud quidem de nonnullis Lovaniensibus erit, de Academia certe non erit; a qua scilicet ii, qui probati Pontificibus Maximis sunt, nihil umquam novi, aut non consentanei doctrinæ veræ fuisse admissum (1),

te-

(1) In libello supplici, quem Christianus Lupus, & Van-

testati Apostolicæ ipsi Sedi sunt, non repugnante Pontifice.

X. Tertio autem loco, quid illud est, quod (ubi de conquestionibus Pontificum adversus Palafoxium falso dixisti) addis: *Leggasi la Istoria &c. Legatur Historia D. Johannis de Palafox &c.* Est hæc Historia eadem, atque illa, quæ IV. Volumine *Moralis Practicæ Jesuitarum* continetur. Quid? In ea ne quidquam reperisti de quærelis Pontificum in Palafoxium? Nihil minus. Cur igitur eam nominas, nisi, ut fucum Lectoribus tuis facias; eosque implices; doloque malo inducas, ut credant, esse aliquid in ea Historia de Pontificibus Palafoxium reprehendentibus, perinde ac si Lovaniensi Academiæ Janseniana dogmata probanti faverit?

Falso, ut solent, Accusatores ad Vitam Palafoxii provocant, quæ IV. *Vol. Moralis Practicæ* continetur.

 Ec-

Van-Vianeus, & Steyaertius Legati Universitatis Lovaniensis Innocentio XI. an. 1677. obtulerunt, sic habetur: „ Schola LOVANIENSIS SEMPER ABHORRUIT „ VOCUM NOVITATES; semper studuit Belgicam „ Ecclesiam juxta avitas Christianæ Vitæ regulas dirige- „ re; & circa harum regularum intellectum semper ad- „ hæsit Sancto Augustino. Hinc Theologica Facultas nos „ tres e suo gremio Doctores ad beatissimos Vestræ San- „ ctitatis pedes, expositura præsentes controversias, hu- „ militer postulat, ut Apostolicum remedium, ac Sanctæ „ vestræ Sedis irrefragabile judicium obedientissime sequu- „ tura, reverenter transmisit „. Ita in Actis *servatis in Tabular. S. Inquisition.* de quibus supra est facta mentio, *pag.* 79.

Injuria clamant Accusatores, Vitam Palafoxii ab Arnaldo scriptam, totam adversus Jesuitas esse. Mentiuntur iidem Accusatores ajentes an. 1656. Academiam Lovaniensem fuisse Jansenianam, etsi modo orthodoxa sit.

XI. Ecquid porro mirum, si pro Palafoxio Arnaldus contra Jesuitas eam Historiam scripserit? An tu Sozomenum (1) ceteroqui Novatianum audiendum non arbitrare, contra Theophilum Alexandrinum, ejusque factionem pro Johanne Chrysostomo in sua Historia differentem? Non enim minus tui Socii Palafoxio infesti fuere, quam fuerit factio Antistitis illius Alexandrini infesta Chrysostomo.

At distinguenda, inquit Supplementarius, tempora sunt. Etsi enim modo orthodoxa plane sit Lovaniensis Academia; tunc tamen contra non erat, cum pro ipsa ad Austriacum Gubernatorem Palafoxius scripsit. Nam eo tempore imbuta erat Jansenianis erroribus, proque Bajo, atque Jansenio acriter pugnabat (2).

Age, distinguantur tempora. Perficiat nunc Supplementarius, quod sese perfecturum jactabat. Jam usque, inquit, ab anno 1641. Decreto Sanctæ Inquisitionis, Urbanus VIII. Jansenii Librum damnaverat, sed cum Lovanienses id Decretum nihili penderent, anno 1643. Urbanus idem edidit Con-

(1) *Lib. VIII. Cap. XIII. sqq. pag. 317. sqq. Edit. Taurin. an. 1747.*
(2) Vide *Supplement. I. pag. 14. sqq.*

Constitutionem, *in Eminenti*, qua *SOLEMNITER proscribebat Librum Jansenii, propterea quod ipso continerentur, ac defenderentur MAGNO CATHOLICORUM SCANDALO plures propositiones damnatæ a suis Prædecessoribus* (1).

Jam primum, is Supplementarius alio nos vocat. Nam de tempore nos, quo Palafoxius scripsit ad Johannem Austriacum, cognituros diximus, non de iis, quæ annis 1641. & 1643. gesta essent. Palafoxius autem an. 1656. ad Austriacum Gubernatorem scripsit, anno nempe 13. post eam Urbani Bullam; anno vero 3. post receptam a Lovaniensibus Innocentii X. Constitutionem. Deinde, annon una cum Libro Jansenii proscriptæ fuerant, eo Inquisitionis Decreto, ann. 1641. Theses (2) Jesui-

(1) *Supplem. ibid.*

(2) „ Pro nunc eadem Sanctitas Sua inhærendo Decretis a Paulo V. & a Sanctitate Sua emanatis, dictum librum Jansenii, cui titulus, *Augustinus*, Lovanii „ impressum, nec non THESES A PATRIBUS SOCIETATIS JESU ANTUERPIÆ IN LUCEM EDITAS, „ ALIASQUE SCRIPTURAS IN CALCE PRÆDICTI DECRETI REGISTRANDAS, JAM VIGORE SUPRADICTORUM DECRETORUM PROHIBITAS, HOC PRÆSENTI DECRETO DE NOVO PROHIBET, AC PRO PROHIBITIS OMNINO HABERI VOLUIT, MANDAVITQUE SUB PŒ-

suitarum ? Cur has Supplementarius non memorat; Jansenii vero opus tantummodo memorat? An Jesuitæ Decreto eidem paruerant; Lovanienses contra, non item? At si ex Constitutione, in *Eminenti*, dijudicanda res est, non minus restiterc Jansenii studiosi Decreto Inquisitionis, quam restiterint Jesuitæ. Nam de utrisque eadem Constitutione rursum agitur, eorumque Libri, Theses &c. proscribuntur (1). Quid? Condemnabis ne propensionis in Jansenianos Palafoxium, qui Acad. Lovaniensem commendarit Gubernatori Belgii; non condemnabis

„ PŒNA EXCOMMUNICATIONIS IPSO FACTO „ INCURRENDÆ, ne quis cujuscumque status, con„ ditionis, & qualitatis, etiam speciali, & specialiter „ nota dignæ librum, & theses prædictas, aliasque scri„ pturas, ut supra, absque Sedis Apostolicæ licentia in Con„ gregatione Sancti Officii obtinenda, retinere, ac legere „ possit „. Decret. an. 1741. 1. Aug. *extat in Indice Libror. Prohibitor. Romæ an.* 1664. *Jussu Alexandri VII. edito, pag.* 349.

[1] Et Jansenii studiosos, & Jesuitas Antuerpienses contra Decretum diei 22. Maii an. 1625. ab Urbano *in Generali* S. R. & Univ. Inquisitionis Congregatione editum, egisse, ex Bulla, *in Eminenti*, constat. Nam, ut in ea quidem habetur Bulla, utrique Libros ediderunt contra, atque Decreto illo præscriptum esset. Ceterum Bullam in *Eminenti* fuisse editam, propterea quod aut studiosi Jansenii Lovanienses, aut Jesuitæ Decreto Inquisitionis restiterint, ibi ne indicatur quidem: quamquam rursum in Bulla ipsa & Jansenii liber severiore censura, & Theses Jesuitarum, ut ante, damnentur. Confer eamdem Bullam, seu Constitutionem *ibid. pag.* 344. *sqq.*

nabis vero ſtudii erga contumaces violatores Conſtitutionis eos homines, qui commendaſſent Societatem? At qui Jeſuitæ Decretum violarant, privati erant, neque conſtituebant Societatem. Iſtuc veniebam. Jam id effugium quale ſit, vos videritis. Illud rogo, quomodo tu ex *Bulla* Urbaniana efficias, eos, qui Lovanii pro Libro Janſenii pugnaſſent, magno numero fuiſſe, conſtituiſſeque corpus Theologicæ Facultatis Lovanienſis? Neque enim Academiæ ulla ibidem fit mentio (1). De *ſcandalo*, quod adjungit Sup-

(1) „ Noviſſime tandem accepto per nos, in oppido „ (civitate nuncupato) Lovanienſi QUOSDAM aſſertos „ Cornelii Janſenii olim Epiſcopi Iprenſis EXECUTO- „ RES EX TESTAMENTO IN LUCEM EDI CU- „ RASSE LIBRUM, cui titulus, *Auguſtinus*, ex profeſſo „ continentem, & tractantem materiam de auxiliis, nul- „ la penitus petita, vel obtenta a dicta Congregatione „ licentia illum imprimendi, ejuſque operis occaſione „ PATRES SOCIETATIS JESU NONNULLAS IN „ CIVITATE ANTUERPIENSI DE EADEM MA- „ TERIA tractantes theſes, PARITER ABSQUE LI- „ CENTIA EJUSDEM CONGREGATIONIS IM- „ PRIMI CURASSE, opinioneſque Janſenii in prædicto „ libro contentas oppugnaſſe, rurſumque nonnullas ALIAS „ ORATIONES, SCRIPTURAS, EPISTOLAS, „ THESESQUE IN CALCE INFRASCRIPTI DE- „ CRETI NOSTRI TUNC REGISTRATAS, tam pro „ dicti libri Janſenii, QUAM THESIUM A PATRI- „ BUS JESUITIS EDITARUM DEFENSIONE IM- „ PRESSAS FUISSE, NON SOLUM CONTRA PRÆ- „ DICTORUM DECRETORUM PROHIBITIO- NEM

Supplementarius, fateor; at perinde in eadem Constitutione mentio fit de *scandalo gravi, et offensione Ecclesiæ Catholicæ* inlata a Thesibus, Libellisque *Jesuitarum* (1). Fac igitur, reos agas sceleris patronos, laudatoresque Jesuiticæ Societatis; cum multo sit ad veritatem propensius (id quod illustribus confirmari indiciis, atque argumentis potest) eas Theses &c. fuisse editas probante Societate.

Falso scribunt Accusatores, Academiā Lovaniensem post an. 1643. obsequi recusasse Constitutioni Urbani VIII.

XII. At Constitutioni ipsi, in *Eminenti*, deinceps Academia Lovaniensis obsequi recusavit. Jam eodem nunc, atque tu ante, Supplementarius iste tuus revolvitur. Itaque hæc mitto, quæ cum adversus te disputans confutaverim, si rursum refellere aggrediar, actum agam. Sed dices, Supplementarium, quæ scribit, confirmare testibus. Quibus nam, obsecro? Auctore, inquies, operis inscripti: *Recueil Historique des Bulles &c.* Est is mihi Liber in

„ NEM, SED ETIAM IN GRAVE SCANDALUM, „ ET OFFENSIONEM ECCLESIÆ CATHOLICÆ „ nos &c. „. Ita Decretum comprehensum Constitutione *in Eminenti*, & confirmatum. In iis porro, quæ sequuntur nulla fit Academiæ, nulla Academicorum commemoratio. An ab *Executoribus* illis *quibusdam* Testamenti Janseniani, quorum ibid. Urbanus meminit, compositam, constitutamque dices universam Academiam Theologicam Lovaniensem. Ecquis hoc non dementissimus credat?

(1) Vide *Adnotationem superiorem*.

in manibus. In hoc Lovanienſium Janſenianorum (1) (quos quidem aliquos fuiſſe non nego) fieri mentionem video; Academiæ autem, quæ Janſenio ſtuderet, non video; Brevium vero, & Conſtitutionum Pontificum, qui de *Academia* conqueſti fuerint, multo minus video. Quod ſi perſtas: ne, quæſo, tergiverſere: indicato locum, ubi is Auctor Academiam eo accuſet nomine. Nam hactenus Rufinum Veſtrum imitati eſtis, ad quem agentem iſta vobis ſolemni fide, Hieronymus ſcribens, *ipſa*, inquit, *loca nomina; nec hoc mihi ſufficiet, niſi eadem dicta ad verbum protuleris* (2). Verumtamen Supplementarius non modo verba non profert, ſed ne locum quidem innuit ejus *Hiſtoricæ Collectionis*. Quamquam ſi *Collectionis* ejuſdem Auctor quidquam tale de Academia dixiſſet, non equidem mirarer. Nam ab homine Moliniano, qualis ille fuit, quid expectes, niſi, *ſimilis* ut ſit veſtri, *mendax*. Amandat porro nos Supplementarius ad Van-Eſpenium. *Van-Eſpenius*, inquit, *De Promulgatione Legum Parte X. & in Appendice*. Quid is, malum! Decimam ejus Operis Partem memorat, cum id opus non exce-

(1) *Recueil: &c. pag.* 58. *Edit. an.* 1697.
(2) *Apolog. Lib. II. pag.* 259. *Tom. II. Edit. Rom. an.* 1565.

excedat Quintam ? Dices fortasse pro IV. fuisse, errore typographi, Decimam indicatam. Esto: Verum in *ea* IV.*Par. Cap.*III. §.I. *sq. pag.*25. *sq. Edit. Lovan. Operum Van-Espenii an.*1732. tam non restitisse Academiam Decreto Inquisitionis, Urbanæque Bullæ, reperio; ut contra, consilium ipsa & Decreti,& Bullæ promulgandæ ceperit,quod sane fecisset, nisi deterrita fuisset interdicto Gubernatoris Provinciæ (1). Ac ad Bul-

[1] Narrat ibid. Vanespenius, hortatu Internuncii conventum fuisse de promulgando decreto habitum ab Academia 28. Septembr. 1641. In eo conventu Academicos testatos fuisse,Decreto Pontificis esse parendum, at ab se non ante promulgandum putare, quam nunciatum esset Consilio Brabantiæ. Turbas enim orituras verebantur, id si, nesciente eo Magistratu, fecissent. Edixisse Consilium Universitati, ne promulgaret. *Perlatum* fuisse ad Pontificem *malo affectu ductos Academicos, ad laicos* confugisse *impediendæ promulgationis caussa*, quod secus erat. Nam illi Decreti ejusdem promulgandi voluntatem sibi quidem non defuisse ostenderant; etsi, ne facerent, Magistratus fuerit impedimento. Quinam id (contra atque veritas posceret) perferri ad Pontificem curaverint, perfacile est existimare. Interea commotus ea re Pontifex ad Academiam litteras dedit in forma Brevis, conquestionum, atque redargutionis plenas. Extant apud Van-Espenium *in Append. litt.E. pag.*61. His acceptis litteris, Academiam ann. 1642. 21. Martii *resolvisse*, Van-Espenius addit, *publicandam Bullam, seu Decretum Sacræ Congregationis per eos ad quos pertineret. Dilatam aliquantisper eam publicationem fuisse, quod dubium esset, quid Facultates singulæ verbis* ,, per eos ,, ad quos spectat ,, intellexissent. At decreta tamen erat *die lunæ proximo publicatio*. Rescivisse interea Procurato-

Bullam, quod ſpectat, magiſq; ad rem noſtram

atti-

ratorem Conſilii Generalem, *prædictam Univerſitatem reſolviſſe procedere ad publicationem ejuſdem Decreti ſine prævie obtentis litteris Placiti :* idque Magiſtratui ſignificaſſe, petiiſſeque, ut *auctoritate Concilii interdiceretur Rectori, & Univerſitati Lovanienſi procedere ad publicationem, priuſquam ipſis conſtiterit de litteris placiti*. Magiſtratum juſſiſſe, ut Procuratoris Generalis *Libellus Univerſitati communicaretur, interim eidem interdicendo procedere ad publicationem*. Dixi conſtitutum ab Univerſitate fuiſſe, UT DIE LUNÆ PROXIMO DECRETUM PUBICARETUR, propterea, quod Procurator Generalis in ſuo Libello teſtatus id fuerit. Vide Van-Eſpen Append. *lit. F. pag. 62*. Ecquam vero heic Supplumentarius culpam cernit Academiæ? Ecquod indicium reſiſtentiæ Decretis Apoſtolicæ Sedis? An *reſolvere die proximo Lunæ* Decretum promulgare, idem ipſi erit, atque Decreto reſiſtere? Quis hoc non amentiſſimus dicat? Editam porro Conſtitutionem, in *Eminenti*, Van-Eſpenius ſcribit, non quo Decreto Inquiſitionis Academia reſtitiſſet, ſed quo interdicto ſuo Magiſtratus obſtitiſſet, quin idem Decretum ederetur. Porro eam Conſtitutionem primum in Belgio fuiſſe promulgatam ab Epiſcopo Namurcenſi. Ægre tuliſſe Procuratorem Generalem Regium, fuiſſe eam publicatam non impetrato placito Regio; idque Conſilio renunciaſſe. Conſilium rem adjudicaſſe Procuratori. „ Et quidem li-
„ cet per ſpeciale Breve Pontificis rogatus eſſet Marchio
„ Franciſcus de Mello Gubernator Belgii, ut hanc publi-
„ cationem procuraret, ipſe tamen Bullæ hujus publica-
„ tionem non ante fieri voluit, niſi prius de voluntate
„ Regis conſtaret, ut habetur ex litteris hujus Guberna-
„ toris die 7. Maji 1644. ad Univerſitatem Lovanienſem. „
Ita Van-Eſpenius *ibid*. Quidquam ne his continetur verbis, quod contumaciam, aut *inobedientiam* evincat Academiæ? Neque vero Urbanus ei quidquam vitio dedit; ſed ſi de quoquam expoſtulavit, de ALIQUIBUS quidem certe, ad Academiam ſcribens, non de Academia expoſtulavit: immo *pleroſque ex ea*, dixit, Conſtitutioni paruiſſe, ut liquet ex Brevi ad ipſam dato 24. Octobris ann. 1643.

attinet „ Eodem die (inquit Van-Espenius,
„ §.2. *pag.26.*) an.1644. idem Gubernator de-
„ dit litteras ad Facultatem Theologicam
„ Universitatis Lovaniensis ; quibus huic
„ FACULTATI NOMINATIM INTER-
„ DICIT PROCEDERE AD PUBLICA-
„ TIONEM BULLÆ , NISI HABITA
„ REGIS LICENTIA . Harum Littera-
„ tum meminit Concilium Brabantiæ in
„ litteris ad Belgii Gubernatorem die 3.
„ Junii 1645. in quibus narrat Concilium ,
„ sibi expositum fuisse per Procuratorem
„ Generalem , quod Inter-nuncius omni
„ modo conetur de novo ipsam Universi-
„ tatem Lovaniensem inducere ad recipien-
„ dum Bullas , & Decreta edita contra Li-
„ brum Cornelii Jansenii Episcopi Ipren-
„ sis . Quin per aliquorum Doctorum ejus
„ Universitatis factionem CAPTA ESSET
„ RESOLUTIO,CONTRA INHIBITIO-
„ NEM IPSIS FACTAM PER LITTE-
„ RAS DIE 7. MAJI ANNI PRÆCE-
„ DENTIS 1644.SIGNATIS per Marchio-
„ nem Tor de Laguna tunc Belgii Guber-
„ natorem &c. „ . Cur NOMINATIM
Academiæ Lovaniensi Gubernator interdi-
xisset PROCEDERE ad publicationem Bul-
læ , si Academia Bullæ ipsi restiterat ; non ve-

ro

ro susceperat illius promulgandæ consilium ? Ac CAPTAM quidem fuisse RESOLUTIONEM ejusdem Bullæ promulgandæ, Van-Espenius confitetur. Ita est, inquies; sed PER ALIQUORUM DOCTORUM EJUSDEM UNIVERSITATIS FACTIONEM. Vocet quidem *factionem*, ut voles, Van-Espenius; vocet Procurator Generalis Consilii Brabantiæ; parvi refert. Hoc certe teneo, *factionem* abs Te numquam esse appellandum cœtum eorum Theologorum. Fuerint hi vero *aliqui*, fuerint exiguo numero, at his Academia auscultabat, horumque monitis ceperat *resolutionem* publicandæ Bullæ. Non enim hanc publicare illi *aliqui* poterant, invita Academia. Neque secus monumenta postulant, quæ in Appendice describit Van-Espenius, tibi ut liceat rursum ad Brevia, Constitutionesve provocare, quæ eadem Appendice contineantur. Quod si contra pugnas, age, affer locum, qui secus habeat. Id vero facies, sat scio, numquam. Quæ igitur tanta ista Supplementarii impudentia est, ut Van-Espenium testem appellet eorum, quæ Van-Espenius non modo non dixerit; sed etiam, adductis certis monumentis, everterit ? Confugit postremo Supplementarius ad *specimen*,

men, nescio quod, *Academiæ Lovaniensis*. Id ego *Specimen*, etsi diu quæsitum, non reperi. Sed, ut plane perspicio, a Moliniano conflatum est, qui mendaciis (quæ vestra insignis facultas est) calumniisque plurimum posset: qua de re mox videro.

Falsum est, Academiã Lovaniensem conquestam de Parisiensi fuisse, quod hæc Bullam, *in Eminenti*, recepisset.

XIII. Sed instat Supplementarius, monetque, legi in eodem *Specimine Doctrinæ Theologicæ per Belgium manantis ex Academia Lovaniensi ab an.*1644. *ad an.*1677. *Parte* XII. *cap.*1. UNIVERSITATEM Lovaniensem ausam fuisse *ann.* 1644. scribere ad Academiam Parisiensem, mirari Belgas, quod Sorbonici Constitutionem, *in Eminenti, recepissent, inclinarentque ad damnationem quorumdam Jansenii Articulorum*. Falsum id quidem. Nam Auctor *Collectionis Historicæ &c. Recueil Historique*, etsi vestri similis, tamen non Academiam, sed Jansenianos Lovanienses hæc ad Sorbonam scripsisse narrat. Quomodo enim ann. 1644. die 10. Martii Academia Lovaniensis ejusmodi Litteras Parisios misisset, si jam ipsa, ut vidimus, *resolutionem* ejus Constitutionis promulgandæ ceperat, a qua tamen promulganda deterrita fuit, interdicto Gubernatoris die 10. Maji? Quod si *aliqui* ad Parisienses contra scripserunt; quid hoc ad Academiam, quam non *aliqui*, sed *plerique*

que constituunt? Ac *plerosque* quidem Academicos Lovanienses paruisse Constitutioni jam usque ab anno superiore; aliquos tantum repugnasse, testis est Urbanus, qui litteris in forma Brevis ad Academiam datis 24. Octobr. *ann.* 1643. „ Minime, *inquit*, nos „ latet, hujusmodi Constitutionem nostram „ EA, QUA DECUIT, REVERENTIA „ A PLERISQUE VESTRUM FUISSE „ EXCEPTAM, quippe qui optime calletis, virgam directionis in Pontificis „ dextera esse publicæ incolumitatis tutelam. Ingenti tamen animi ægritudine „ audivimus, ALIQUOS NON DEFUISSE, quorum temeritas eo prolapsa est, „ ut præfatam Constitutionem tum ob prorogatum publicationis tempus in dubium „ revocare &c. „. Nimirum experiundo compererat Pontifex, falsa esse, quæ ad se perlata fuerant anno superiore de *malo affectu* Academiæ.

Duacenses cōquesti fuerunt de quibusdam ex Universitate Lovaniensi, non de ipsa Universitate.

XIV. At an. 1648. Lovanienses Duacensem Academiam laudarant, quasi Bajanis hæc, Jansenianisq; partibus studeret, ipsisque proinde assentiretur; id quod Duacenses graviter questi sunt (1). Quid? Duacenses de Academia Lovaniensi, an de *quibusdam ex ea Universitate*

[1] *Supplem. pag.* 16.

tate conquesti fuert? Annon ex verbis Duacensium eorumdem, quæ Supplementarius ibidem describit, plane constat, conquestos solum ipsos fuisse de QUIBUSDAM EX ACADEMIA LOVANIENSI? Qua igitur confidentia, quo calumniæ scelere Supplementarius Academiam Lovaniensem notatam a Duacensibus mentitur; indeque argumentum capit vexandi Palafoxii, quod is ad Gubernatorem Belgii pro Lovaniensi Academia scribendum ann. 1656. putaverit?

Falso Supplementarius scribit, solos fuisse, Palafoxii judicio, Jesuitas, qui Jansenianos refellerent. Quam multa, id ut evincat, Supplementarius idem turbet, ac misceat.

XV. Sed instat Supplementarius, atque sic statuit: quæ declaravit Duacensis Academia, quæque anno eodem 1656. egere, docuereque Episcopi, ac Theologi Galliarum contra Jansenianam hæresim, plane ostendunt, Jesuitas (quos iisdem in litteris sursum deorsum Palafoxius lacerat) non fuisse solos, qui Lovanienses Jansenianos refellerent (1). Vide, quam heic multa turbet nebulo. Principio ita rem effert, ac si Duacensis Academia anno 1656. conquesta de quibusdam Lovaniensibus fuerit, cum tamen conquesta fuerit ann. 1648. Deinde, quod de *quibusdam e Lovaniensi Academia* Duacenses expostularint, concludit, eos expostulasse de Lovaniensi ipsa Academia, qua

(1) *Supplement. I. pag.* 17.

qua concludendi ratione nihil fingi poteſt iniquius. Inde, Epiſcopos, Theologoſque Gallos docuiſſe, egiſſeque neſcio quid, comminiſcitur, adverſus Lovanienſem Academiam; quod eſt plane falſum. Nam egerunt illi quidem, docueruntque permulta contra Janſenianos; at contra eam Academiam omnino nihil, cum nulla eſſet juſta cauſſa quamobrem Janſeniſmi accuſandam arbitrarentur. Deinceps, indigne laceratos ſurſum deorſum fuiſſe, ait, Jeſuitas a Palafoxio, litteris ad Auſtriacum Gubernatorem, quod item eſt longe diſtans a veritate, ut eam Epiſtolam legenti conſtat. Niſi forte injuriam quiſquam Jeſuitis conflet, ſi *credere* ſe, dicat, *eos agere zelo fortaſſe bono*, ut ibidem a Palafoxio dicitur. Quod ſi ita quidem Supplementario videtur; permittam, quod volet: moleſtus magnopere non ero. Sed abhorrebit profecto Supplementarius: non enim tam erit alieno ab ſuis animo, ut eos *non bono zelo agere* arbitretur. Quid? Rationi ne conſonum, dicet, eſſe, id conari Jeſuitas, ut Eccleſia nonniſi ipſorum doctrinis reſpiret; quod rationi eſſe conſonum Palafoxius negat? At injuria, inquies, Palafoxius Jeſuitas lacerat, dum id eos eniti affirmat, ut ne ſine ipſis Eccle-
 ſia

ſia reſpiret, doctrinæ cauſſa. Miror injurium Sociis ab Jeſuita putari, ſi quis de iiſdem dicat, quod ipſos non pudeat facere. Niſi vero hoc eniterentur, ac laborarent, non id agerent, quod tamen continenter agunt, ut, objecta Janſeniſmi accuſatione falſa, invidiam hæreſeos creent reliquarum Scholarum Theologis, a quibus cauſſa doctrinæ de Gratia, Prædeſtinationeque diſſentiant. De artibus Sociorum, quod ibidem adjungit Palafoxius, nil injuriæ continet. Non enim committerent ipſi, quod de ſe, niſi injuria, dici non poſſe, cognoſcerent. Quibus vero artibus uti ſoleant, ſatis me ſupra dixiſſe, intelligis. Sed in illis artibus, eſſe nonnihil video, de quo vix me quidquam dixiſſe memini. Nempe ſolent Socii, ab iis, quos injuria, contumeliaque exagitent, injuriam ſibi eſſe inlatam conqueri; quod cum aliis permultis, tum Palafoxii exemplo perſpicuum eſt. Vix enim quiſquam fuit, in quem adeo furioſe invecti ſint, ut in Venerabilem hunc, innoxiumque Antiſtitem. Poſtremo de Jeſuitis ibidem a Palafoxio diſſeri mentiuntur, quaſi ab his tantum oppugnati fuerint Janſeniſmi, quos idem Palafoxius Auſtriaco Gubernatori commendatos vellet. At neque ab Je-

ſuitis

fuitis solum fuisse Jansenianos oppugnatos, Venerabilis Antistes scripsit; neque Jansenianos ipse commendatos voluit Austriaco: sed unam ei Academiam commendandam duxit, quam certe norat non esse Jansenianam. At addit Supplementarius (*pag.*17.) Academiam Lovaniensem, etsi anno 1653. Constitutioni Innocentianæ subscripserit, & quinque propositiones Jansenii damnarit, non damnasse tamen eas in Jansenii ejusdem sensu; ut boni quique Catholici fecerant, utque præscribebat Alexandri VII. Constitutio *ad Sacram*, quæ anno eodem 1656. publicata fuit.

XVI. Hæccine nobis decantet Supplementarius is, qui cavendum præceperat esse, ut ne quid efferamus, non ante diligentissime considerata serie temporum? Quid autem cogitari oratione ista supplementaria in temporum serie ipsa potest perversius? Fateor, anno 1656. scripsit ad Gubernatorem Austriacum Palafoxius; quo quidem anno edidit Alexander Constitutionem *ad Sacram*; sed Palafoxius sexta, ac decima Februarii scripsit; Alexander vero sexta, atque vicesima Octobris die. Scripserat ergo Palafoxius octo ipsis mensibus ante, quam eam Constitutionem Alexander scripsisset. Quemad-

Rursum Accusator Supplementarius Academiam Lovaniensem carpit; ejusque caussa Palafoxium arguit, atque insectatur calumnia.

modum igitur cognosse tunc Palafoxius poterat, Academiam Lovaniensem minus obsequentem ei Constitutioni fore, quæ Constitutio tanto post tempore data fuerit? Quod ni poterat, uti profecto non poterat, qua vos impudentia ipsi eam Constitutionem opponere non veremini, nisi ut dolo imperitam circumveniatis plebem, quæ dum annum eumdem 1656. quo & Palafoxius, & Alexander scripserunt, audiat commemorari; Constitutionem Alexandrinam antedatam existimet, quam Palafoxius ad Gubernatorem Belgii eas litteras mittere constituisset; atque ita plebs ipsa in Virum Venerabilem concitetur, quasi Academiam commendarit, quæ Constitutionibus Pontificum repugnaret? Age vero, annon perpaucis post diebus, quam reddita ab Internuncio Academiæ Constitutio Alexandri fuit, ea Constitutio ritu est solemni publicata ab ipsa Academia? Non ergo restitit ei Constitutioni Academia Lovaniensis.

Atqui ea, dices, ante quam hæc Constitutio Alexandri publicaretur, in *sensu Jansenii* confixas fuisse propositiones Jansenianas, confessa non fuerat. Quid? Pugnarat ne, confixas non fuisse in sensu Jansenii? Nihil heic tibi circuitio, tergiversatioque

que proderit. Aut ajas necesse est, aut neges. Si ajas, affer documenta, quæ tamen nulla tibi umquam vera suppetent? sin neges, cur objicis, quasi dixerit ea Academia, quod ipsam numquam dixisse confiteare? Dicendum ne ipsi fuisse, contendes; adeoque, propterea quod non dixerit, fuisse eam, statues, in culpa? Sed quî dixisset, quin vereretur, præventuram sese Apostolicæ Sedis judicium? Episcopus ecce Lodevensis Legatus Regis, (quod Clerus Gallicanus, dixisset, in sensu Jansenii damnatas propositiones easdem fuisse) verebatur, ne grave Pontifici esset futurum (1), declarari ab aliis, quod nondum Sedes Apostolica declarandum existimavisset. An verita non fuisset Academia Lovaniensis, quod Legatus talis, ac tantus metuisset? Sed ubi Apostolica Sedes sententiam ex jure dixit, tam non restitit ea Aca-

 demia

(1) *Processſ. Verbal. ann.* 1656. *&* 1657. *pag.* 306. *ſq.*
„ M. de Lodeve crût qu' avant que de rendre, suivant
„ l' ordre qu' il avoit receu, la lettre de l' Assemblée à
„ sa Sainteté, il devoit en communiquer avec quelques
„ uns de Messeigneurs les Cardinaux, & principalement
„ avec Monseigneur le Card. d' Est Protecteur de France,
„ par le bruit qui venoit de France, & que l'on faisoit
„ courir dans Rome, que par la declaration que Messei-
„ gneurs les Evêques avojent faite, que les propositions
„ condamnées estoient contenües dans Jansenius, ils esto-
„ jent allez au de là de l'intention du Pape, & avoient
„ entrepris sur son autorité &c. „ Confer quæ sequuntur.

demia Constitutioni Pontificis, ut hanc potius vix sibi redditam ab Internuncio promulgarit.

At anno 1660. Academia suæ resistentiæ invictum argumentum dedit. Dederit. Quid ad rem? Non enim id scire Palafoxius potuisset, qui anno ante decesserat. Verumtamen ecquod istud est argumentum? Augustiniano cuidam, inquit Supplementarius, disputationem instituturo de propositionibus quinque damnatis in sensu Jansenii, Academia cavit, ut id ne ille faceret, ni pœna gravissima plecti vellet. Quo autem utimini hujusce narrationis teste? Eo, inquies, qui *specimen* scripsit *Academiæ Lovaniensis*. Cogetis ne igitur me, ut huic Moliniano simili vestri; qui tot mendacia complexus suo illo *Specimine* fuerit, credam; non credam vero Academiæ ipsi, quæ initio fere ejusdem anni, fatente etiam Gerberonio, ad Alexandrum scripserit, decretumque ediderit, quo edixit, ne quisquam gradum ullum in ea Facultate assequeretur, qui non ante jurasset, Constitutionem illam Alexandri se sancte observaturum (1)? Non

(1) Ad an. 1660. Tom. II. pag. 479. Edit. an. 1700. „ L'Internonce étant allé à Louvain AU COMMENCEMENT de cette année, pour porter la Faculté de Theo-

Non credam Alexandro eidem Pontifici, Academiam eo ipso anno laudanti, quod Constitutionibus Innocentii X., & suæ obtemperarit, & SS. Augustini, & Thomæ dogmata coleret? Habete vobis *Specimina* ista mendacissima vestra: apud nos certe Academiæ ipsius tam luculenta testificatio; multoque magis Alexandri VII. litteræ valebunt (1).

At Alexander in eo Brevi: *effecturos*, sperare se dicit, Academicos Lovanienses, *ut omni rerum præteritarum ex hominum ani-*

„ Theologie à faire un Decret, par le quel tous ceux qui
„ y voudroient recevoir des degrez, seroient obligez de
„ jurer qu' ils observeroient la Bulle d'Alexandre VII.,
„ non seulement on lui promit de le faire, comme on le
„ fit en effet, mais cette Faculté écrivit même, le 20.
„ Mars, une grande & tres belle lettre à Sa Sainteté,
„ ou aprés l' avoir felicité de la paix entre les Princes
„ Chrêtiens, dans la negociation de la quelle elle avoit
„ eu beaucoup de part: elle lui declaroit son attachement
„ particulier à la doctrine de S. Augustin & de S. Thomas,
„ se confiant que Sa Sainteté l' approuveroit & l'
„ appuieroit de sa protection contre tous ceux qui la
„ voudroient attaquer „.

(1) Sic enim habet Alexander ad Academiam scribens:
„ Litteras Vestras die 20. Martii datas accepimus, & in
„ eo sane, quod quinque propositiones illas, tam in illa
„ F.R. Innocentii X. Prædecess. nostri Constitutione, quam
„ in alia nostra postea damnatas, tantopere detestamini,
„ ut neminem admittere ad gradus Academicos velitis,
„ nisi prius religiosam observantiam prædictarum Constitutionum
„ promittat, & juret, obedientiam, & zelum
„ vestrum unice commendamus &c. „

animis evulsa, *&* *penitus abolita memoria*, *pristinum decus existimationi*, *&* *laudi antiquæ* ipsorum *restituatur*. Ecquæ vero res illæ erant *præteritæ*, nisi eæ, quibus contumaciter Pontificiis Bullis restiterant? Equidem *aliquos* ex *Academia* restitisse Constitutioni Urbani, & Constitutioni Innocentii animadverti; *Plerosque* vero contra, hoc est Academiam universe, paruisse. Alexander autem non ad plerosque solum, sed etiam ad aliquos illos scribit; nam scribit ad omnes. Itaque quod de memoria præteritarum rerum monet, hoc in aliquos illos, non in Academiam universe, ut ajebam, cadit; quæ Academia, ut plane demonstravi, & Urbanam Constitutionem publicare constituerat, & Innocentianam promulgarat statim fere,atq; fuerat emissa in lucem; quare nullam rem egerat, cujus esset, velut improbe gestæ, obliteranda memoria. Cetera, quæ idem mox Supplementarius persequitur, prætermitto, ut quæ (paulo ante convicta mendacii) nova confutatione non egeant. Itaque ad te redeo.

Parænesis ad Palafoxii Obtrectatores.

XVII. Jam eversa, atque obtrita vides esse capita quæque accusationis tuæ; neque tuæ modo, sed ceterarum etiam, quas tui similes instituissent. Patent doli, patent fraudes,

des, calumniæ vestræ perpetuæ patent. Ex tam multis testificationibus, quibus impudenter abusi estis, ne unam quidem cernis esse aut non falso a vobis indicatam, aut non vitiatam scelere, aut non perfidia defectam, ut Catholico Antistiti malediceretis. Cui nam vero Antistiti? Ei, qui in America, qui in Hispaniis, qui in Christiana Republica universa, propter religionis integritatem, innocentiamque morum, dignus est habitus, cui sit ab Ecclesia decernendus Sanctorum honos. Ei, qui a tuis etiam Sodalibus laudatus est, singularis erga Deum pietatis nomine. Ei, qui ita perpetuo vixit, ut Pontifices Maximi de illius apotheosi sibi esse duxerint (introducta ejus in Sacr. Rituum Congregationem Caussa) cogitandum. Hunc vos talem, ac tantum Antistitem, specie tuendi Decreti Sanctæ Inquisitionis; re autem vera, conculcatis Decretis Pontificum Maximorum, *Refractarium* constituistis continenti mendacio vestro, *Jansenianum*, *Quietistam*, quid non? Cum enim Decretis suis Pontifices Maximi caverint, ne quis Jansenismi quemquam insimulet, quem non legitime constet, aliquam Jansenii propositionem probasse: Cum distincte de Palafoxio edixerint, ut si qui essent,

qui

qui habere se quidquam, quod ejus Caussæ obstare, arbitrarentur; id non ipsi in vulgus emittere curarent; sed significarent Promotori Fidei, qui ad S. Congregationem referret: Cum porro inventum tamdiu nihil fuisset, quod eidem Caussæ posset officere, expensis demum Venerabilis Viri operibus, declararint, rem his contineri nullam, quæ impediret, quin Sacræ Congregationi ad ulteriora progredi liceret: Cumque ad extremum pronunciarint, fas non esse posthac cuiquam de Palafoxii doctrina quidvis objicere: Cum, inquam, hæc Pontifices declararint, pronunciarint, edixerint; vos confutis dolis, qui oriri, nisi ex animo exulcerato, atque maligno, non possent; non modo (contra atque Prioribus Decretis præscriptum fuerat) in Jansenianos rejecistis eum, quem legitime numquam constitisset, Janseniano ulli damnato dogmati adhæsisse; verum etiam (secus plane atque posteriora decreta ferrent) conscriptis, disseminatisque libellis; nihilique habito Fidei Promotore, persuadere imperito rerum vulgo conati estis, id Hispanos, id Sacram Congregationem, id demum Pontificem ipsum Maximum eniti, atque contendere, ut ne-

fa-

farius hæreticus Sanctorum fastis adscribatur; eoque abducti temeritate, malevolentia, odio estis, ut Janfenianæ Doctrinæ capita, nescio quæ, Pastorali Venerabilis Viri Epistola comprehendi audacissime mentiremini. Vestra sunt, scelus, vestra, inquam, sunt hæc omnia. Etsi vero perspicua hæc ego fecerim, etsi omnium oculis monstra calumniarum, fallaciarumque vestrarum defixerim; non eo tamen flectam, sat scio, ut faciatis aliquando maledicendi, calumniandique finem. Invidentia, livor, furor, quo incredibili agitamini, audacia immanis vestra, os istud impurum, atque impudens non patietur, ut (modo nocere vos putetis posse illius caussæ) proficere apud vos quidquam, aut valere ullius queat oratio, quin pergatis maledicentia, mendacissimisque scriptis fallere Christianam plebem, ipsamque in Servum eumdem Dei velut in hæreticum concitare. Pergetis igitur mendacia mendaciis agglomerare, eaque uti vera in vulgus spargere. Quod si feceritis, uti jam prospicio, vos esse facturos; sic tibi promitto, atque recipio, non esse deinceps commissurum me, ut adversum vos scribam; aut tam copiose saltem, quam hactenus feci, scribam. Semel per-

perfunctus hoc tanto labore sum, ut nihil eorum prætermitterem, quæ objecistis; atque horum quidem nullum a vobis bona fide; nullum non falso; nullum non per calumniam objectum demonstrarem. Ac si id mihi rursum onus assumerem, abuterer, mihi crede, otio, ac tempore; ut qui in re versarer cum molesta mihi, tum ceteris non necessaria. Nam fastidii quantum, frustra inquirendo, quæ vos jactaratis, ceperim, mihi ipse sum conscius, uti jam tædeat non modo cogitare de novo ejus generis labore suscipiendo; sed suscepti etiam recordari. Quamquam molestiæ, quantum velles, ferrem equidem non gravate, si opus esset. At quî sit opus, non video; cum jam plane provideam, futurum posthac, qui meas Epistolas legerit, neminem, qui credendum tibi, tuique similibus arbitretur. Ecquis namque assentiatur iis, quos tam multis verbis nihil non falsi comprehendisse; quosque turbasse omnia, miscuisse, detruncasse, vitiasse pernoverit, ut ei crearent infamiam, quem odissent? Ac si post tam diligentem a vobis locatam operam; post investigationem tam diuturnam, nihil reperistis, quod Venerabili eidem Antistiti jure pos-

possetis opponere ; quare judicastis (cum veritate non liceret) fallacia vobis esse, dolisque agendum ; ecquem speratis posthac futurum , qui sibi persuadeat , vos qui tantum facinus commiseritis , eo uno fore contentos ; aut esse tandem veri quidpiam allaturos, quod officere posse Palafoxianæ Caussæ videatur ? Immo sic tecum statuas vehementer velim , esse vos , ni desieritis , hac de re scribere , duplicaturos eorum numerum , qui te ceterosque Venerabilis Viri obtrectatores non aspiciunt , quin ingemiscant ; qui non memorant , quin execrentur ; qui respuunt ; qui tamquam auspicium malum detestantur ; qui vitant ; qui fugiunt ut odium populi , ut labem , ut os *bestiæ blasphemantis eos* , *qui in Cœlo habitant* , (1) vel ut venenatam linguam *Serpentis antiqui Accusatoris Fratrum nostrorum* (2) . „ Oramus , ac deprecamur Deum „ quem *vos* provocare , & exacerbare non „ desinitis ; ut vestra corda mitescant ; ut „ furore deposito ad SANITATEM MENTIS redeatis ; ut pectora operta tene„ bris , pœnitentiæ lumen agnoscant ; & „ magis petatis fundi pro vobis preces , atque

(1) *Apocal. Cap. XIII. v. 5. sq.*
(2) *Ibid. Cap. XII. v. 9. sqq.*

„ atque orationes Antiſtitis ; quam vos *lau-*
„ *datis famam* Sacerdotis . Si autem in ve-
„ ſtro furore permanſeritis , atque in iſtis
„ inſidiis , ac minis veſtris crudeliter perſe-
„ veraveritis ; . . . Dei Sacerdos , . . . con-
„ tra hoſtes , & impugnatores . . . divinitus
„ erigetur „ (1) . Non enim feret „ tam
„ late patere zeli veſtri multiplicem , & fe-
„ cundam perniciem „ cujus cauſſa „ odium
„ veſtrum ſurgit , animoſitas procedit ;
„ inflat ſuperbia , exacerbat ſævitia , per-
„ fidia prævaricatur , ira ferveſcit ; divi-
„ næ pacis vinculum rumpitur : charitas
„ fraterna violatur , adulteratur veritas ,
„ . . . dum OBTRECTATUR SACER-
„ DOTIBUS , DUM EPISCOPIS INVI-
„ DETUR . Hinc recalcitrat , hinc rebel-
„ lat de zelo ſuperbus „ , (2) . Memento-
te verborum Leonis I. Pontificis Maximi ad
Julianum Coenſem Epiſcopum ſcribentis de
quibuſdam veſtri ſimilibus, Sociis olim regu-
laris ;neſcio cujus, Inſtituti Viris „ quorum
„ pravitas antiquum velamen ſuæ ſimulatio
„ nis excedens , intra limites hypocriſis ſuæ
„ continere ſe amplius non poterat ; to-
[illegible] tum-

(1) Confer S. Cyprian. Epiſt.LIX. ad LV. ad Cornel. *pag.139. Edit. Oper. Oxon. An.1682.*

(2) S. Cypr. *lib. de Zelo & Livore pag.223.*

„ tunque, quod texerat, virus effudit, non
„ ſolum ſtilo in diſcipulos veritatis, ſed
„ etiam manu ſæviens, ut conſenſum aut
„ ſimplicitatis indoctæ, aut trepidæ fidei
„ violenter extorqueret „. Nam Leo *ibid.*
„ Non ita, *inquit*, debent filii lucis fi-
„ lios metuere tenebrarum, ut ſani furen-
„ tibus acquieſcant, aut æſtiment hujuſ-
„ modi hominibus aliquid præſtandum eſſe
„ reverentiæ, QUI SE PERIRE MA-
„ LUNT, QUAM RESIPISCERE. PROS-
„ PICIENDUM EST, NE IMPUNITA-
„ TE SUA LATIUS NOCEANT, ET IN
„ MULTORUM PERNICIEM, DUM
„ DIU TOLERANTUR, INSURGANT.
„ NON IGNORO QUID CARITATIS, &
„ GRATIÆ filiis noſtris SANCTIS, ET
„ VERIS MONACHIS DEBEATUR, qui
„ profeſſionis ſuæ modeſtiam non relin-
„ quunt... SUPERBI autem, & INQUIETI,
„ QUI SACERDOTUM CONTEMTU,
„ ET INJURIIS GLORIANTUR, Anti-
„ chriſti milites ſunt habendi, maximeque in
„ ſuis ſunt propoſitis humiliandi, qui IM-
„ PERITAM MULTITUDINEM AD
„ DEFENSIONEM SUÆ PERVERSI-
„ TATIS inſtigant. (1) Quantum enim

[1] *Epiſt.LXXXV. pag.*331. *Edit. Rom. an.*1755.

„ meliora de ipsis sunt credita, tanto sunt
„ amplius detestandi, quorum nunc im-
„ pietas, quæ per hypocrisim fuerat ve-
„ lata, detegitur: & ideo agat Christia-
„ nissimus, & piissimus Imperator, quod
„ paci Ecclesiasticæ intelligit profuturum . .
„ Nihil enim ultionum non merentur su-
„ bire, qui ausi sunt divinis, & huma-
„ nis Constitutionibus repugnare (1) „.
Abi, tecumque hæc omnia, fac etiam, atque etiam meditere.

Kal. Julii.

(1) *Epist. XCIII. pag.356.*

* * * * * * * * *
* * * * * * * *
* * * * * * *
* * * * * *
* * * * *
* * *
* *
*

A P-

APPENDICES

AD

ALETHINI PHILARETÆ

EPISTOLARUM TOMUM

III.

DE VENERABILIS VIRI

JOHANNIS PALAFOXII

EPISCOPI

PRIMUM ANGELOPOLITANI,

DEINDE OXOMENSIS ORTHODOXIA.

MONITUM

